Capisterium, *ii, n. instrumentum expurgandis seminibus aptum*, ein Sieb / Schweng-Wanne. Colum.

Capistro, *as, are, capistro ligare sive vincire*, ut: (a) *Fiscellis capistrari boves oportet*, man muß den Ochsen Maul-Körbe anlegen. Plin. l. 18. c. 19.

b *Ut juga vineis imponantur & capistrentur.* Colum. l. 11. cap. 2.

Capistrum, *i, n.* (a) *Capitis vinculum, quod mulis, jumentis, bobus & cuicunq; animali adhibetur, ne fugiant*, eine Halffter / Zaum. Varro.

b *Maritale capistrum*, i. e. *vinculum conjugale.* Juv. Sat. 6.

c *Capistrum, vinculum, quo ligantur vites & similia.* Columell. l. 4. c. 20.

Capital, *alis, n.* (a) *Est capitis tegumentum sacerdotale*, Haube / Haupt-Decke. Varro.

b *Capitale est capitis periculum*, ut: *Non adepol fugiet, etiamsi capitale fecerit*, er wird gewißlich nicht entlauffen / ob er gleich das Leben verwircket hätte. Manæch. 1, 1, 16.

Capitalis, *e, c. quod capitis supplicium meretur*, ut: (a) *Crimen capitale*, ein Laster / dadurch das Leben verwircket wird. Cicer.

b *Capitalis lucus, ubi, si quid violatum est, caput violatoris expiatur.* Festus.

c *Capitalis ædis, in qua capitale commissum est*, alii legunt, *capitalis cadis.* Plaut. Mostell.

d *Capitalem fraudem admittere, est tale quid delinquere, propter quod quis capite puniendus sit.* l. 23. §. 2. ff. de ædilit. edict.

e *Capitalis morbus*, i. e. *gravissimus*, eine sehr gefährliche Kranckheit. Gell. l. 16. c. 13.

f *Capitalis reditus*, i. e. *pernicioſus.* Cic.

g *Capitale ingenium*, i. e. *ſolers.* Ovid.

h *Capitalis pœna est, quæ mortem vel amissionem Civitatis continet.* l. 103. ff. de V. S.

Capitaliter, *Adverb.* tödlich. Plinius epist. 5.

Capitatio, *onis, f.* (a) *Tributum, quod in capita erat constitutum*, ut: *Jugatio in jugatibus*, Kopff-Steuer. l. 9. C. de Agric. & Censit.

b *Capitatio*, pro *annona.* tit. Cod. de annon. & capitat.

Capitatus, *a, um*, ut: (a) *Capitatum porrum.* Plin.

b *Capitata vinea. Nam duæ species hujus quoq; cultura sunt, alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant.* Col.

Capite censi apud Romanos dicebantur, qui nullo aut perquam parvo ære censebantur: extremus autem census capite censorum aris fuit CCCLXXX. Gell. l. 16. c. 10.

Capitellum, *i, n.* (a) *Crassior summitas cujuscunq; rei.* Plin.

b *Capitellum*, i. e. *caput columnarum*, das Capitälgen. Plin.

c *Capitellū*, der Dittfliger-Helm.

Capitium, *ii, n.* (a) *Capitis tegmē*, eine Haube / Mütze. Nonius.

b *Capitium muliebre, tegumentum fuisse, quo illa pectus vinciebant; & à capiendo, i. e. comprehendendo, non à capite esse deductum, innuit* Varro l. 4. de lingv. Lat. ein Müder oder Leibgen. Gell. l. 16. c. 7.

Muliebria sunt veluti stola, pallia, capitia, zona, l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg. legat.

Capito, *onis, m.* (a) *qui magnum habet caput*, ein Groß-Kopff. Cic. 1. de Nat. deor.

b *Capitones dicuntur diuri, qui nunquam de sua sententia immutantur*, Hart-Köpffe. Plautus Perſ.

c *Capito piscis genus.* Cato.

Capitulatim, *Adverb.* ſtückweiß. Plin. l. 2. c. 12. Corn. l. 739.

Capitulatus, *a, um, quod in summo quasi capitulum habet*, ut: *Capitulata costa.* Celſ.

Capitulo, *as, are, capitulum appono, & qs. per capita distingvo.*

Capitulum, *i, n.* (a) *parvum caput*, ein Häuptlein / Köpfflein.

b *Capitulum, vox blandientis*, ut: *ô lepidum capitulum.* Terent.

c *Capitulum* pro *initiis diverſarum rerum, quibus libri ſolent distingvi*, ein Capitel. Cic.

d *Capitulum locus, ubi Canonici conveniunt, qui hinc appellantur* Capitulares, Dom-Herren.

e *Capitulum in Columnis & ſimilibus dicitur ſummitas & culmen*, das Capitälgen.

f *Capitulum Martis*, i. e. *eryngium, apud* Dioſc. l. 3. c. 23.

Capnias, *gemma est ex Jaſpidum generibus, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit.* Plin. l. 37. c. 9.

Capnites, *gemma est, pluribus ſpiris fumida, in Cappadocia & in Phrygia naſcens, ebori ſimilis.* Plin. l. 37. c. 10.

Capnomantia, *æ, f. divinationis genus, quod fiebat ex fumi diſſectione, qui è thure in arâ accenſo emanabat, inde* Capnomantes *dicti.* Alex. ab Alex.

Capnos, *Chelidonia Plinii, dicitur aliàs Fumaria bulboſa, ariſtologia rotunda*, Erdrauch / falſche Hollwurtz. Matthiol.

Capnumargos, *argilla est rufa intermiſſo lapide terra minuta arenoſa, quâ velut adipe terræ, arva pinguescunt in Gallia & Britannia.* Plin. l. 5, c. 24.

Capo, *onis, m. gallus caſtratus*, ein Capaun. Martial.

Cappa, *κάππα*, (a) *nomen literæ Græcæ: pro qua Latini utuntur C. quo nomine Græci* (ut Svidas docet) *quum hominem malum volunt proverbio ſignare, unum cappa; quum pejorem duo cappa: cùm peſſimum*, tria habere cappa *dixerunt, volentes intelligi, eum esse Cretenſem, Cilica, Cappadoca, qui ſingularis improbitatis fuisse existimantur, τρία κάππα κάκιστα.* Eraſm. Chiliad.

b *Cappas marinos equos Græci à flexione poſteriorum partium appellant.* Festus.

Cappadocia, *æ, f. regio Aſiæ*, hinc: Cappădox, *ŏcis, qui est ex Cappadocia*, ein Cappadocier.

Cappăris, *is, f.* (a) *frutex est exoticus, ex quo flores, antequam è gemmis erumpant, decerpuntur, conditi, ad nos transportantur*, Cappern. Matthiol.

b *Capparis ſylveſtris ſeu fabaginea.* wilde Cappern. ibid.

Capra, *æ, f.* (a) *dicta à carpendis virgultis*, eine Ziege / Geiß. Varro.

b *Capra alpina ſive Rupicapra*, eine Gemß.

c *Capra ſignum cæleſte.* Cic. 2. de Nat. deor.

d *Capra, avis, quæ circa lacus & amnes verſatur*, Himmel-Geiß / Himmel-Zieg / Bruch-Schnepfflein / Habergeiß. Ariſt.

c *Capra olida*, i. e. *fœtor, qui sub alis excitatur nimis arctè discumbentium*, Horat. 1. epist.

Caprarius, *ii, m. custos caprarum* ein Ziegen-Hirt. Varro.

Caprea, *æ, f. dicta*, (ut ait Varro) *quod capræ similitudinem habeat*, ein Rehe.

Capreolus, *i, m.* (a) *Animal sylvestre*, ein Rehe-Bock. Columell. l. 9. c. 1.

b *Capreolus, instrumentum rusticum est bicorne*, ein Karst. Col. 11. c. 3.

c *Capreolus, dictio architectonica*, ut: *Dua primùm trabes in solo æquè longa, distantes inter se pedes IV. collocantur, inq; eis columellæ pedum in altitudinem V. defiguntur, has inter se capreolis molli fastigio conjungunt.* Cæs. 2. bell. Civ.

d *Capreoli sunt ligamenta contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ sunt, ut aliis sese annectant*, e. g. *capreoli vitium*, die Gäbelein/ so an den Weinreben wachsen.

Capricerva *Orientalis, (è qua lapis Bezoar) est animal Persicæ ac Indiæ Orientalis, partim cervo simile, partim capræ: hinc fit, ut aliis capra audiatur, aliis hircus, aliis capricerva.* Amatus & Monard.

Capricornus, *i, m. signum Zodiaci, & quidem solstitiale hybernum*, der Steinbock. Cic.

Caprificatio, *onis, f. est ratio perficiendi, ut culices è grossis enati ad ficus advolent, humoreq; earum lacteo consumto, ad maturitatem eas perducant.* Plin. l. 15. citante Calepino.

Caprificiales dies, i. e. *Caniculares: quod eo ferè tempore mulieres Romanæ, liberæ simul atq; ancillæ, sub arbore caprifico sacra faciebant. Erat autem initium caprificalium post exortum canis, qui dies Vulcano sacer erat.* Plinius lib. 11. cap. 18.

Caprificor, *aris, ari, ficuum proprium est, cùm culices ex caprifici fructu (quas grossos appellant) ad ipsas advolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, easq; ad maturitatem perducunt.* Plin.

Caprificus, *i, f. Ficus sylvestris*, wilder Feigen-Baum. Plin. l. 15. c. 19.

Caprifolium, *ii, n. dicitur & matrisylva, Lilium inter spinas, Periclymenum*, Waldwinde/ Zäunling/ Geißblat/ je länger je lieber/ Speck-Lilien/ Rosen von Jericho. Matthiol.

Caprigenus, *a, um, quod ex caprarum est genere*, ut: *Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum genus.* Plaut. Epid.

Caprile, *is, n. locus, ubi capræ servantur*, ein Ziegen-Stall. Colum.

Caprillus, *a, um*, idem, quod *Caprinus*.

Caprimulgus, *i, m.* (a) *qui capras emulget*, ein Geiß-Melcker. Catul. Epig.

b *Caprimulgi appellantur aves grandioris merulæ aspectu fures nocturni, interdiu enim visu carent. Intrant pastorum stabula caprarumq; uberibus advolant propter suctum lactis, quâ injuria uber emoritur, capriq; cacitas, quas ita mulsêre, oboritur.* Plin. l. 10. c. 40.

Caprinus, *a, um, est ad capram spectans*, ut: *Lana caprina*, Ziegen-Haar.

Rixari de lana caprina, i. e *de re nihili contendere*, umb ein nichtswürdiges Ding streiten Hor. l. 1. Ep. 10, 3.

Capripes, *pedis, qui pedes caprinos habet*, der Ziegen-Füsse hat / ut: *Satyri capripedes* Lucr. l. 4.

Capronæ, *arum, equorum juba, quæ ante frontem sunt, quasi à capite pronæ*, die Mähne. Festus.

Caprotina, *dicta est Juno, quod liberè pariter, ancillaq; sacrificabant illi, sub arbore caprifico, in memoriam virtutis, quæ in ancillarum animis pro conservatione publicæ dignitatis olim apparuit.* Macrob.

Caprunculum, *i, n. vas fictile, sic dictum, quod capax sit.* Festus

Capsa, *æ, f. sic dicta, quod res in ea conditas capiat*, eine Lade. Cic.

Capsâces, *vas olearium*, ein Oel-Krug. Cyprian. l. 2. Epist.

Capsarius, *ii, m.* (a) *Scriniarius*, ein Tischer/ Schreiner.

b *Capsarii sunt, qui nobilium civium filiis, ad scholam euntibus, libros deferunt in capsulâ.* l. 13. ff. de manum. vindic.

c *Capsarius, qui mercedis gratia servandâ in balneis vestimenta suscipit*, ein Kleider-Hüter. l. 3. §. 5. ff. de Off. præf. vigil.

Capsicum, *dicitur aliàs piper caninum, Americum, Calecuthicum*, Indianisch Pfeffer. Matthiol.

Capsis, *Cicero dicit, compositum esse ex cape si vis.* Qvint. l. 1. cap. 5.

Capsula, *æ, f. unde* Capsella, i. e. *cistula*, ein Lädlein/ Kästlein. Catull.

Capsus, *i, m. à capiendo, dicta est rhedæ pars, ubi, qui vectantur, sedent*, des Gutschers Sitz. Vitr. l. 10. c. 14.

Captatio, *onis, f.* (a) *est venatio; & veluti honorum captio*, Begierde / etwas zu erlangen. Plin.

b *Captatio benevolentiæ est pars orationis apud Rhetores.*

Captator, *oris, m. qui venatur & ambit aliquid qvovis modo*; ut: (a) *Captator auræ popularis*, der den gemeinen Pöbel auff seine Seiten bringen wil. Liv.

b *Captator* pro *hæredipeta*

& ineſcatore ſenum Orborum, qvibus blanditur, ut ſibi hæreditas aut qvidvis aliud relinqvatur. Juvenal. Sat. 10.

Captatorius, a, um, ut: *Captatoria inſtitutiones, qvæ alienæ libertatis exprimendæ, elicendæq; cauſa fiunt.* l. 70. & 71. ff. de hæred. inſtit.

Captio, onis, f. (a) *eſt ipſe capiendi actus*, Fahung/ Begierde/ ut: *Captio honorum.*

b *Captio* idem, qvod *deceptio*, ut: *Nihil in ea re captio eſt*, dieſes hat keine Gefahr / es iſt nichts verfängliches hierinnen. Epidic. 2, 2, 112.

Ne qvid captioni mihi ſit, ſi dedero, daß mir es aber ohne Gefahr ſey/ daß mir es nicht zum Nachtheil gereiche / wenn ichs gebe. Mostell. 3, 3, 19.

c *Sive ajas, ſive neges, hærebis in captione*, du magſt Ja oder Nein ſprechen/ ſo biſt du gefangen. Gell. l. 16. c. 2.

Captiosè, *Adverb.* liſtiglich / ſchmeichleriſch / verfänglich. Cic. 4. Acad.

Captioſus, a, um, *eſt captionibus ſive deceptionibus plenus*, verfänglich / ut. (a) *Captioſum eſt*, es iſt mißlich/ gefahrlich. pro Cæcin. XV.

Captioſa interrogatio, eine verfängliche Frage. Gell. l. 16. cap. 2.

Captioſa verborum ſolennitates, verfängliche od auff Schrauben geſetzte Reden.

b *Captioſum* i. e. *damnoſum & fallax*, l. 41. ff. de Uſurp. & Uſuc. it. l. 14. §. 5. ff. Qvod metus cauſa.

Captivitas, atis, f. (a) Gefängnis. Tacit.

b *Captivitas eſt modus acqvirendi, qvo noſtra facimus, qvæ ex hoſtibus bello capimus.*

Captiuncula, æ, f. ein Betrug/ ut: *Qvid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient?* Gell.

Captivus, a, um, *vinctus, qvod non ſui juris ſit, ſed in poteſtatem alterius redactus*, ein Gefangener / ut: (a) *Plures captivi, qvàm qvi caperent, erant.* Curt. 1105.

b *Captivus ſanguis*, pro *captivo.* Virg. 10. Æneid.

c *Captiva pecunia*, ut: *Ingens pecunia captiva modum tradit*, man ſaget von groſſer Beute. Curt. 978.

Triginta millia mulorum captivum aurum vehunt, dreyſſig tauſend Maul-Eſel ſind mit Beute beladen. Curt. 1955.

d *Captivos redimere ab hoſtibus*, die Gefangene wieder löſen. *Barb. ranzioniren.* Cic. ad Herenn.

Capto, avi, atum, are, (a) *eſt ſtudioſè capere*, lauren/ heimlich trachten / ut: *Colla captare lacertis*, die Ohren auff den Halß drücken. Ovid Ep. 18, 19.

b *Qvod communiter dicunt, ſoli-*

ſolutè aliqvid expetere & qværere, Latini captandi verbo efferunt, ut: *Diſſident Principes, captatur occaſio*, die Oberſten ſind ſtrittig / man ſuchet Gelegenheit/ man trachtet nach Gelegenheit.

Captare miſericordiam. Juv.

c *Captare benevolentiam à perſona adverſariorum*, ihme geneigten Willen machen durch Meldung der Widerſacher. ad Her.

d *Captare riſus aliorum*, andere Leute zum Lachen reitzen wollen. Tuſc.

e *Captare aliqvem*, einen hinterſchleichen / ut: *Qvâ via captent te illi, eâdem ipſos capi non injurium eſt*, es iſt nicht unrecht/ daß du ſie hintergeheſt/ und ihnen heimlich beykommeſt/ wie ſie dir thun. Hec. Act. 1, 1, 16.

f *Captare ſermonem*, heimlich lauſchen/ was geredet wird. Phorm. 5, 6, 30.

g *Piſces arundine captare*, angeln. Ovid.

Captura, æ, f. idem, qvod (a) *captio*, Fahung/ ut: *Captura avium & piſcium*, Fiſch- und Vogel-Fang. Plinius libr. 19. cap. 1.

b *Captura* pro *qvæſticulo*, Gewinſtlein. Sveton. in Calig. cap. 40.

c *Captura* pro *præda*, Plinius l. 11. c. 24.

Captus, a, um, *eſt intercluſus*, gefangen/ ut: (a) *Vi captus armis.* Claud.

Cares, qvi tùm Lemnum incolebant non dicto, ſed ſecundâ fortunâ adverſariorum capti, reſiſtere auſi non ſunt. Corn. 18.

b *Privatum eſſe membri alicujus uſu, eleganter per captum eſſe efferitur*, ut: *Aut oculis capta fodere cubilia talpa.* Virg. 1. Georgic.

Oculis captus, ut Tireſias fuit. pro Rab.

Oculis & auribus captus, blind und taub / des Geſichts und Gehörs beraubt. Tuſc.

c *Mente captum eſſe*, der Sinnen beraubet ſeyn/ unſinnig ſeyn. Acad.

Captus, ûs, m. *comprehenſio, capacitas, intelligendi facultas*, Verſtand/ ut: (a) *Græci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum.* Cicer. l. 2. Tuſc.

b *Captus* pro *ſorte & conditione.* Ter. in Adelph.

c *Captus locus dicitur ad ſacrificandum legitimè conſtitutus.* Feſtus.

Capula, æ, f. *vas vinarium, qvo veteres utebantur, qvòd facilè capi poſſet.* Varr. de lingv. Lat.

Capularis, e, c. *ſenex mortis contigui non ſolum capulares dicebantur, ſed & rei, qvi capulo digni fuerunt.* Sipont.

Capulator, oris, m. *qvi capulis oleum deplet.* Col. l. 12. c. 50.

Capulica, *genus navis, apud* Gell l. 10. c. 25.

Capulo, *avi, atum, are*, schöpffen/ ut: *Ligna ne exdat in torculario, oleum frequenter capulet.* Cat. c. 67.

Capulum, *i, n. vel*

Capulus, *i, m. à capiendo dictus*, hinc: (a) *Capulum dicitur, qvo mortui efferuntur*, eine Todten-Bahr.

b *Capulum dicitur, qvicqvid intra se aliqvid capit, nam sarcophagum*, i. e. *sepulcrum capulum* veteres dici volunt, *qvod corpora capiat*, ein Grab. Non.

Capulo proximus, der auff der nembste Gruben gehet. Plaut. Asin.

c *Capulum est manubrium gladii*, ein Degen-Gefäß/Hand-habe/Hefft/ut: *Capulotenus abdidit ensem*, er hat den Degen biß ans Hefft oder Gefäß in Leib gestossen. Virg. 2. Æn.

Caput, *i, m. vid.* Capo.

Caput, *itis, n.* (a) *pars corporis in animali, & imprimis hominis suprema*, das Haupt / der Kopff/ ut: *Colaphis tuber est totum caput*, der Kopff ist mir alle voller Beulen. Adelph 2, 2, 37.

Caput qvassare, den Kopff schütteln. Trin. 5, 2, 42.

b *Caput* pro *toto homine*, ut: *Triginta minas pro capite tuo dedi.* Plaut. Mostell.

Lepidum caput, i. e. *homo bellulus.* Ter.

Audax caput, i. e. *homo audax.* Virg. Eclog. 10, 4.

c *In qvo omnia aut maxima pars alicujus rei sita; aut qvod maximum in aliqva re est; & qvod ipsam rem continet*, Caput Latini dicunt, ut: *Et id, qvod caput est, nobis inter nos vitia sunt toleranda*, und was das fürnembste ist / müssen wir unter uns Untugend leiden. Att.

Ubi, qvi cum, qvomodo, per qvem, unde aut qvantum? Nonne his vestigiis ad caput maleficii perveniri solet? pro S. R. XXIII.

Caput controversiæ, der fürnembste Knoten des Streits. lib. 7 Ep. 22.

Ad consilium de Republ. dandum caput est, nosse Rempublicam, wenn man von dem gemeinen Regiment rathschlagen wil/ ist dieses das fürnembste/wenn man des Regiments Gelegenheit weiß. de Or.

Caput cœnæ, i. e. *qvod optimum in cœna*, das fürnembste Gericht über der Mahlzeit. Ep. *vide* Cœna.

Odiosa est oratio, cùm rem agas, longinqvum loqvi, qvicqvid est ad capita rerum pervenì, i. e. *summatim dic*, wenn man zu thun hat / ist es verdrießlich/ viel Wort anzuhören. Es sey/ was es wolle / komme nur bald auff das Haupt-Werck. Merc. 3, 4, 24.

d *Capitis vocabulo* Latini etiam

iam eleganter *Autorem* vel *Principem* significant, ut: *Si qvod sine capite manebit, & cujus autor non extet*, wenn etwas fundbar wird / da man keinen Ansager haben kan/und man nicht weiß/ wo es herkommet. pro Planc.

e *Capitis nomine*, etiam *vitæ pericula* exprimuntur, ut: *Stolidum consilium capite luere.* Curtius 256.

Salvo capite aliqvid facere, i. e. *sine vitæ periculo.* pro Cæcin. IIX.

Causa capitis, eine Sache/ darauff Leib und Leben stehet. de Clar. Or.

In judicium capitis aliqvem vocare, einen auff Leib und Leben anklagen. ibid.

Judicia summæ existimationis, & penè dicam capitis. Q. R.

Capitis periculum adire, sich in Lebens-Gefahr begeben. pro S. R. XXXV.

De capite unius nos agimus, es gilt eines Kopff/ oder einem allein / damit wir jetzo zu thun haben. pro Lig. XI.

Eine aurum crederem?

Cui si capitis res sit, (wenn es Leib und Leben antreffe) *numnum nunqvam credam aureum*, Trin. 4, 2, 119.

f *Capita catechetica*, die Haupt-Stück des Catechismi.

g *Caput* pro *summa prima pecuniæ, à qva fœnus aut alius qvæstus fit, veluti rei principium*, Haupt-Sum̃ des Geldes/Barb. das Capital.

h *Capita initia parva in libris, qvibus distinguuntur res variæ*, ein Capitel. Gell.

i *Caput votis obligare*, ein Gelübde thun. Hor. 2. Carm. Od. 8.

k *Caput fluminis, qvo flumen exoneratur in mare, sive ostium*, der Einfall eines Flusses. Cæs. l. 4. bell. Gall.

l *Capite censi, à censione capitum appellati sunt, qvod solis capitibus censerentur, non bonis sive pecuniâ, qvibus carebant.* Gell. l. 15. *vid.* Capitecensi.

m *Capitis diminutio est status mutatio, eaq. vel* maxima, *vel* media, *vel* minima. *Tria enim sunt, qvæ habemus, libertatem, civitatem & familiam: igitur cùm hæc omnia amittimus, hoc est, libertatem, civitatem & familiâ*, maximam *esse* capitis diminutionem, (*ut est deportatio*) *cùm verò amittimus civitatem, & libertatem retinemus*, mediam *esse* capitis diminutionem, (*ut est in colonias Latinas transportatio:*) *Cùm autem & libertas & civitas retinetur, familia tantùm mutatur*, minimam *esse* capitis diminutionem, *constat*; (*velut est adoptatio*) l. 11. ff. de capit. minut.

n *Caput facere dicitur apostema vel furunculus aut abscessus, dum humor vel biliosus vel me-*

Lucholicus totus in aliquam partem congressus est, & cutem distendit, atq; extuberantiam facit. Plin. l. 26. c. 12.

o *Capita* pro *summitatibus arborum*, die Gipffel an den Bäumen. Senec. in Troad.

p *Capita sunt rotunda illa, quæ seminum aut florum receptacula referunt*, v. g. *caput papaveris*, ein Mohn-Häupt.

q *Caput Monachi sive dens leonis, herba est*, al. *Taraxicum*, Pfaffen-Röhrlein / Pfaffen-Blat. Matthiol.

r *Caput mortuum, est residua illa materia crassa ac sicca, quæ in destillationibus, præcipuè mineralium, remanet, communissimè autem remanentium vitrioli notat*, Todten-Kopff.

s *Capita sunt duæ extremitates chorobatæ*, die beyde Ende der Wasser-Wage. Vitr. l. 8. c. 6.

Cara, *radix est herba ejusdem nominis, quâ, lacti admixtâ*, Hirtius scribit, *Cæsaris exercitum diu cibi inopiam levâsse.*

Carabe *vid.* Succinum.

Carabus, *i, m. genus canceri.* Plin. l. 9. c. 31.

Caracalla, *æ, indumenti genus ab Antonino Imperat. populo datum: unde & Caracalla agnomen invenit.* Sextus Aurel. in Antonin.

Caramanges *dicebantur magistratus apud Persas, qui loco Prætoris erant, & pacis belliq; temporibus jus dicebant.* Alex. ab Alex. l. 3. c. 3.

Caranna, *æ, f. est resina duriuscula, tenax, sine multa agglutinatione, Tacamahaca similis, nisi quod sit paulò odoratior, splendidior, liquidior & densior; affertur ex nova Hispania.*

Carbas, *κάρβας, ventus Africus sive Libycus, dicitur à* Vitruvio.

Carbaseus, *a, um, ex carbaso factum*, das aus schöner weisser Leinwad gemacht ist/ut: (a) *Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat*, Cic. 7 Verrin.

b *Carbasei venti.* Tibull. l. 3. Eleg. 2.

Carbasineus, *a, um, vel*

Carbasinus, *a, um*, idem, quod *carbaseus*, ut: *carbasina vela.* Plin. l. 19. c. 1.

Carbasus, *i. f. & m. in singulari, in plurali verò generis neutri*, (a) *est genus lini, mira tenuitatis in Hispania primò inventum*, weiß Leinwand / kleine Spanische Leinwand. Plin. l. 19. c. 1.

b *Carbasus* pro *velo*, Segel/ut: *Prabere ventis carbasa*, die Segel außspannen / die Segel streichen lassen. Ovid.

c *Carbasus*, i. e. *pallium, quo quis amicitur opulentiæ causâ, ut ex serico & tenui lino.* Virg. l. 8. Æneid.

d *Carbasa*, pro *ea tunica parte, quæ sinus fluentes habet in*

in modum carbasi vel veli. Lucanus l. 3.

Carbatine, *καρβατίνη, calceamenti rustici genus est, vocatum sic à Caribus populis*, ein Bawern-Schuch. Pollux l. 7.

Carbo, *onis, m.* (a) *est pruna extincta*, eine Kohle / ut: *Tam excoctam reddam, atq; atram, quàm carbo est.* Adelph. 5, 3, 63.

b *Carbone notare, est damnare; cui contrarium est, cretâ notare*, ut: *Cretâ an carbone notandi?* Sol man sie loßsprechen/ oder sol man sie verdammen? Hor.

c *Carbo candens*, i. e. *pruna*, eine glüende Kohle. Cic. 2 Off.

d *Carbo petræ, sive carbo fossilis, est bituminis terreni genus fossile, lapideum, friabile, nigrum*, Stein-Kohlen.

e *Carbon humanum* Paracelsus *vocat stercus humanum; alii nominant sulphur occidentale.*

Carbonaria, *æ, f.* eine Köhlers-Hütte.

Carbonarius, *a, um, quod ad carbones pertinet*, ut: (a) *Carbonarium exercere negotium*, Kohlen brennen/kohlen. Plinius de Vir. Illustr.

b *Fornax carbonaria*, ein Meiler.

Carbonarius, *ii, m. qui carbones conficit*, ein Kohlen-Brenner. Kohler. Plaut. Casin.

Carbunculatio, *onis, f. & carbunculus*, (a) *in arboribus est ejusmodi corruptio, quam vulgari sermone pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit latescentes germinum oculos; & cùm flores adusserit, carbunculus tum vocatur.* Plin.

b *Carbunculatio in vitibus* (quæ circa Idus Augusti accidit in Italia) *est, cum uva non satis foliis tecta præfervidis solibus interdum retorrida fiunt, & exusta, ex quo tandem acescunt, ut quodam uredinis carbone exusta, acinique tunc præcoquuntur in callum.* Plin. l. 18. c. 29.

Carbunculo, *as, are, vel*

Carbunculor, *aris, ari*, (a) *Inflammatum esse, velut carbo*, entzündet seyn.

b *Carbunculantur semina*, i. e. *contrahunt vitium illud, quod dicitur carbunculus.* Plin. l. 12. cap. 7.

Carbunculosus, *a, um*, roth/röthlicht/ut: *Carbunculosa arena*, h. e. *rubra & lapillis quibusdam rubris ceu carbunculis plena*, rother Sand. Plin. l. 31. c. 3.

Carbunculus, *i, m.* (a) *parvus carbo*, ein Köhlgen / ut: *Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.* Cic. ad Herenn. l. 4.

b *Carbunculus, genus terræ*, ut ait Varro de Agricultura l. 1. c. 9. *quæ Sole præfervet, ita, ut radices satorum comburat*, sandigtes Erdreich.

c *Carbunculus in arboribus & vitibus quid sit, vid.* Carbunculatio.

d *Carbunculus est gemma,* Carfunckel = Stein. Boët. de Boot.

e *Carbunculus est tumor ex adusto sanguine, crasso, ferventissimo, in atram bilem degenerante, qui partem corrumpit, exortus.* Jonst.

Carcer, *is, m.* (a) *locus est,* teste Servio, *in quo servantur noxii, diocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus.* Macrob. l. 5. Saturn.

em Gefängnis / ut: *Carcerem, vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum, majores nostri esse voluerunt.* Cic. 2. Catil. 12.

b *Carcer* dicitur pro *homine, carcere digno,* ut: *Ain' tandem, carcer?* Phorm. 2, 3, 26.

c *Carceres dicuntur locus, unde emittuntur equi in spectaculis,* Schrancken / ut: *Exire ex carceribus,* aus den Schrancken treten. Cic. de Clar. Orat.

Carcerarius, *a, um, quod pertinet ad carcerem, ut carcerarius quæstus.* Plaut. Capt.

Carchedon, καρχηδών, *Carchedonis* Carthago *dicitur, unde* Carthaginenses *Carchedonii dicti. Hinc* Plauti comœdia *dicitur Carchedonius, Latinè Pœnulus.*

Carchedonius, *carbunculi genus, inter metalla æris repertum, vilissimum minimumque, idem*

fragile, & colore incertum, virentium in caudis pavonum, columbarumq; collo simile. Plinius l. 37. c. 7. *It.* Isidor. *vide & Chalcedonius.*

Carchesium, *ii, n.* (a) *Poculi genus,* ut: *Hic duo vitè mero libans Carchesia Baccho.* Virgilius 5. Æneid.

b *Carchesium, est vasis genus procerum, & circa medium parùm compressum, ansatum me-*

ç *Carchesia, summa pars mali,* i. e. *foramina, quæ à summo mali funes recipiunt,* das oberste Theil des Mastbaums. Lucilius.

Carcinetron, *herbæ genus, Græci Polygonon vocant.* Plin. l. 27. cap. 12.

Carcinias, *gemma est marini cancri colore.* Plin. l. 37. c. 11.

Carcinodes, καρκινώδης, *à carcino dicitur,* h. e. *cancro, quando vitium seu morbus cancrinaturam imitatur, & serpit quasi cancer.* Plin. l. 20. c. 17.

Carcinoma, *atis, n.* καρκίνωμα, (a) *Cancer morbus,* der Krebs. Plin. l. 20. c. 9.

b *Carcinoma nonnunquam* pro *homine perversissimo accipitur,* ein schädlicher Mensch.

Carcinus, *i, m.* καρκίνος, (a) *Cancer piscis,* ein Krebs / Krabbe / *vid.* Cancer.

b *Carcinus ardens, notat sidus cœleste.* Lucilius l. 9.

Cardaces, *apud Persas dicebantur, qui ex rapto vivebant, nam Carda apud eos bellicosum & violentum significabat.* Strab. l. 15.

Cardamine, *nasturtium aquaticum,* Brunn-Kreß. Dioscor. l. 2. Pancov.

Cardamomum, *i, n. aromatis species,* ut: (a) *Cardamomum minus,* Cardamömlein.

b *Cardamomum majus,* i. e. *grana Paradisi,* Paradiß-Körner

Cardämon, *onis, n. sylvestre nasturtium dicitur* Dioscoridi & Galeno. Pancovius *verò in Herbario reddit Nasturtiũ hortense,* Garten-Kresse.

Cardax, κάρδαξ, *saltatio obscena & Comica.* Bud. in l. 4. ff. de his, qui not. inf.

Cardel *vid.* Sinapi.

Cardia *vid.* Cardinea.

Cardiaca, *æ, f.* idem, quod (a) *cardialgia,* das Hertz-Gespan.

b *Cardiaca herbam notat,* Hertz-Gespan-Kraut; *eo, quod contra cardiacam adhibeatur* Matthiol.

Cardiacus, *a, um,* ut: (a) *Cardiacus morbus,* i. e. *cardialgia.*

b *Cardiacus,* pro illo, *qui tentatur morbo cardiaco,* der das Hertz-Gespan hat. Horatius 2. Serm. Sat.

c *Cardiaca medicamenta sunt, quæ cordi, tàm intrinsecè exhibita, quàm extrinsecè applicata, conveniunt.*

Cardialgia, *æ, f.* καρδιαλγία, *est dolor cordis & mentis tristitia;* Item, *ventriculi erosio, quæ & cardiogmos dicitur,* das Hertz-Gespan.

Cardinalis, *e, c.* & Cardinarius, *a, um, quod ad cardinem pertinet,* ut: (a) *Cardinales scapi, quorum cardinibus fores invertuntur.* Vitr. l. 12. c. 21.

b *Cardinales plagæ,* die Ende der Welt; *sunt autem quatuor:* Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio.

Cardinales venti, i. e. *à quatuor mundi partibus flantes,* die vier Haupt-Winde / *de quibus versiculi: Asper ab axe ruit* Boreas; *venit* Eurus *ab Ortu;*

Auster *amat medium Solem;* Zephyrusq; *cadentem.*

c *Cardinalis est, qui præcipuam in Ecclesia aliquam curam gerit, & alias sacras personas gubernat;* Est q; vel *Episcopus Cardinalis,* vel *Presbyter Cardinalis,* vel *Diaconus Cardinalis,* ein Cardinal.

Cardinatus, *a, um,* ut: *Tignum cardinatum; Vulgus enclavatum vocat.* Vitr. l. 10. c. 21.

Cardinea dea, *quæ cardinibus præerat, vide* Carna.

Cardiogmos, καρδιωγμὸς, *vid.* Cardialgia.

Cardisce, *es, gemma est, quæ fit ex Draconis cerebro, viventi ab-*

sciſſo, fieri dicitur: aliis appellatur Dracontias. Plin. libr. 37. cap. 10.

Cardo, *inis, m.* (a) *dicitur* Servio *quaſi cor janua, quo ſcilicet illa movetur*, ein Thür-Angel/ ut: *Vellere è cardine poſtes*, die Thür aus den Angeln heben. Virg. 2. Æneid.

b *Cardines etiam appellantur duo cœli vertices, Græcè πόλοι, quorum alter* Septentrionalis, *alter* Meridionalis. Vitr. l. 6. cap. 1.

c *Cardo*, idem, qvod *opportunitas*, ut: *Haud tanto ceſſabit cardine rerum*. Virg. 1. Æn.

d *Cardo* pro *ſumma alicujus rei*, ut: *In eo cardo rei vertitur*, i. e. *ex hoc tota res pendet*, hierinnen beſtehet die gantze Sache. Cic.

Cardo litium, i. e. *ſumma totius litis*. Qvint. l. 12.

e *Cardines temporum*, die vier Jahrs-Zeiten/ à Plinio *dicuntur Ver, Æſtas, Autumnus & Hyems*.

f *Cardines* Geographis *ſunt plaga Mundi qvatuor; Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio.*

g *Cardo eſt ſumma pars jugamenti, qvod in cavum inditur.* Budæus *de Aſſamentis loqvens.*

h *Cardo in agrorum limitatione appellatur limes, qvi per agrum currit à Meridie ad Septentrionem; ſicut Decumanus vocatur ille limes, qvi ſetat agrum ab exortu ad occaſum, ut inqvit* Plin. & Colum.

Cardo pro *limite in genere.* Frontinus p. 309.

Cardopatium, *vid.* Carlina.

Cardopos, *κάρδοπος, arca panaria*, ein Brot-Schranck *Nonnullis tamen* pro *mactra accipitur, qvæ & magis, idis, dicitur.* Cæl. l. 9. c. 17.

Carduelis, *is, avis*, (a) *dicta, qvod carduorum paſcatur ſeminib*, ein Diſtel-Finck/ Stiegelitz. Plin.

b *Carduelis* pro *Acanthide*, ein Zeißgen.

c *Carduelis* pro *Fringilla*, ein Finck.

Carduus, *ui, m. herba*, Diſtel/ ut: (a) *Carduus benedictus*, Carobenedicten / geſegnete Diſtel. Matthiol.

b *Carduus Mariæ, ſive carduus lacteus*, Marien-Diſtel/ Frauen-Diſtel / Vehe-Diſtel. Fuchſius.

c *Carduus Veneris ſive Dipſacus, labrum Veneris, carduus fullonum*, Karten-Diſtel / Weber-Diſtel. Matthiol.

d *Carduus panis ſive pacis, vid.* Carlina.

e *Carduus echinatus*, i. e. *ſpina alba*, vermeynte weiſſe Berg-Diſtel. Matth.

f *Carduus aculeatus, ſive Cinara*, Strobil-Dorn / Welſche Diſtel/ Artiſchocken. Matthiol.

Carè, *Adverb.* theuer / ut: (a) *Carè æſtimare*, hoch halten/ theuer achten oder ſchätzen/ ut:

Carè æſtimas tot annos, qvos iſta ætas recipit. Cic. 16. Ep. 12.

Carectum, *locus, qvi caricem copioſè producit*, ein Orth / da viel Rieth / Graß wächſet. Virgil.

Careo, *es, carui, caritum & caſſum, carere, eſt* (a) *egere*, mangeln / ut: *Num poteſt magis carere his omnibus, qvàm caret?* könte er auch dieſes alles mehr entrathen / als er entrathen muß. Cic. pro Ligar. IV.

b *Culpâ carere eſt non delinqvere, innocentem eſſe*, auſſer Schuld ſeyn/ unſchuldig ſeyn/ ut: *Cenſen', te poſſe reperire ullam mulierem, qvæ careat culpâ? an qvia non delinqvunt viri?* Ter. Hec. 4. 4. 46.

c *Lucè carere*, i. e. *mortuum eſſe*. Ovid. 14. Metam. 45.

d *Carere oculis*, blind ſeyn. Ovid.

Careum *ſive* Carium *eſt genus herbæ, à gentis ſuæ cognomento ita appellatum, dicitur & Carum*, Wieſen-Kümmel. Matthiol.

Carex, *icis, f. herba acuta & duriſſima*, allerley Rieth-Graß. Virg. 3. Georg. *vid.* Sparganeum.

Caria, *æ, f. Regio Aſiæ Minoris; hinc:*

Caricus, *a, um, ex Cariâ aut ad Cariam pertinens*, ut: *Carica charta*, Stat. 4. Sylv.

Carius, *a, um*, idem, qvod *Caricus*, ut: *Diana Caria*. Stat. 4. Thebaid.

Carica, *æ, f. genus ſici, à loco ſic dictum*, ut: (a) *Syria præter hanc peculiares habet arbores: In ficorum genere caricas, & minores ejus generis, qvæ cocliana vocant.* Plin. l. 13. c. 5.

b *Carica rugoſa*, eine dürre Feige. Ovid. 1. Faſt.

Carides piſces *ſunt, qvi tenui concludantur teſta, duritieq; teſtaceis ſimiles.* Gal. l. 3. de alim. Fac.

Caries, *ei, f.* (a) *vetuſtas vel putrilago*, Schimmel / Veraltung/ Wurm-Meel.

b *Caries in metallurgia dicitur* Stein-Meel. Nic. Solea.

c *Caries oſſis in ulceribus eſt, cum à ſanie copioſa os qvaſi corroditur.* Jonſt. in Med. Pract.

d *Caries eſt ſymptoma luis venereæ.*

Carina, *æ, f.* (a) *eſt infima pars navis*, der unterſte Boden / Bauch des Schiffs. Liv. 2. Pun. bell.

b *Carina* pro *ipſis navibus*, ut: *Tetigêre portum carinæ*, die Schiff ſind im Hafen ankommen / eingelauffen. Virgil. 1. Georgic.

c *Carinæ ſunt ædificia in carinarum modum facta, qvæ erant intra templum Telluris.* Serv. in 8. Æneid.

d *Carina putaminum bifida*, die

die Hölen an Nuß- und andern Schalen. Plin. l. 15. c. 22.

Carnarium, *Adverb. ad similitudinem carinæ*, holicht.

Carnatus, *a, um, concavus ad modum carinæ formatus*. Plin. l. 11. c. 37.

Carino, *as, are*, (a) *in modum Carinæ formare*. Plin. libr. 9. cap. 33.

b *Carinare*, i. e. *probra objicere*, (*obsoletum est.*) Festus.

Caryophylli, *vid.* Caryophylli.

Carioſus, *a, um*, (a) *Carie infectum*, wurmfressig/ wurmstichicht/ faul. Colum. lib. 4. cap. 26.

b *Carioſa ossa*, i. e. *carie infecta*, Beine oder Knochen/ die zerfressen sind. Celsus.

c *Carioſa terra, rusticis est, cum ager nimbis submadidus est*. Colum. l. 2. c. 4.

Carota, *vid.* Caryota.

Carnitas, *atis*, *f. à carendo dicta*, idem, quod *penuria*, teste Varrone, ut: (a) *Caritas annonæ est frumenti penuria*, theure Zeit.

b *Inferre caritatem annonæ*, Theurung machen.

c *Caritas nummorum*, Geld-Mangel. Cic. ad Att. l. 9.

Caritides, *vid.* Palma.

Carlina, *æ, f. apri radix sive cardopatium, carduus panis seu pacis, chamæleon albus*, Eber-Wurtz. Matthiol. Cord. & Lobel.

Carmen, *inis, n.* (a) *Oratio ligata, numeris suis & mensurâ certâ constans*, ut. *Componere, contexere, condere vel facere carmen*, Verß machen/ Verß schreiben. Cic.

Carmen gratulatorium, i. e. *Gratulatio*.

Carmen nuptiale, i. e. *Epithalamium*, Hochzeit-Gesang.

b *Carmen* pro *cantatione*, ut: *Carmina jam moriens canit exequialia Cygnus*. Ovid. 4. Metam.

c *Carmen* pro *incantatione*, Beschwerung/ Bezauberung. Virg. 8. Eclog.

d *Carmen* pro *vaticinio*. Virgil. 4. Eclog.

c *Carmina dicebantur apud veteres formulæ quædam, conceptis verbis & solennibus compositæ; unde JCti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, unde non licebat recedere*. Cic. pro Mur.

f *Carmen est instrumentum ferreum ad carendam lanam*, ein Kamm/ damit man Wolle kammet. Lucr. l. 4.

Carmenta & Carmentis, *Evandri mater, sic dicta à carminibus, quibus dabat responsa*. Servius. *Hinc:*

Carmentalis, *e*, ut: *Carmentalis porta urbis Romæ, hæc posteà scelerata dicta est, quod per eam sex & trecenti Fabii cum clientum 5000. egressi adversus Hetruscos omnes interfecti sint*. Ovid.

Carminatio, *onis, f.* Zerzausung/ das Kammen/ das Hecheln/ ut: (a) *Hanc ab his cogi, subigi, ungvium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine*. Plin. l. 11. c. 23.

b *Carminatio est flatuum per medicamenta carminativa, in corpore humano conveniens dissipatio*. Jonston.

Carminativus, *a, um*, ut: *Carminativa medicamenta*, Windtreibende Artzeneyen.

Carminator, *oris, m. qui lanam carminat*, ein Wollen-Kämer.

Carminatrix, *icis, f.* eine Wollen-Kämmerin/ Hechlerin.

Carmino, *as, are, est quasi pectinare*, hecheln/ kämmen. Varr.

Carna, *æ, f. κάρνα sive* Cardinea, *dea, quæ vitalibus humanis præesse existimabatur, ab eademq; petebatur, ut jecinora, corda & cætera, quæ sunt intrinsecus viscera, salva conservet*. Macrob. l. 1. Sat.

Carnalis, *e, c. ad carnem pertinens*, fleischlich.

Carnapadium, *vid.* Doronicum.

Carnarium, *ii, n.* (a) *locus, ubi salita carnes domi reponuntur*, Speise-Kammer/ Zehr-Garten. Colum. l. 12.

b *Carnarium, locus, ubi carnes venduntur*, Fleisch-Marckt/ oder Fleisch-Bäncke. Plaut.

c *Carnarium* pro *ipsa carne*, *sicut cibarium* pro *cibo* Plaut.

Carnarius, *ii, m.* (a) *qui carnem vendit*, ein Metzger/ Fleischhauer/ Fleischer.

b *Carnarius, qui in edenda carne delectatur*, ein Fleischfresser.

Carneol', *vid.* Corneol'. (Mart.

Carneus, *a, um, quod ex carne est*.

Carnifex, *icis, m.* (a) *qui jussu Magistratus hominem occidit, cujus officium vitandum esse dicit* Aristot. l. 6. Politic. *itaque apud Romanos civis non erat, nec in urbe domicilium habebat*) ein Scharff- oder Nach-Richter/ Hencker/ ut: *Carnifex adimet spiritum illi*, der Hencker wird jenen hinrichten. Curt 1400.

b *Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerâsset, ut moreretur*. Festus.

c *Carnifex* autore Donato, *est excarnificans dominum: aut ipse dignus carnifice, ut caro fiat*, id est, *lanietur*. Ter. Andr.

d *Carnifices epulæ sunt, quæ tomeste aliquem affligunt, utpote veneno conditæ, aut à carnifice ministratæ & appositæ*. Claud.

Carnificina, *æ, f.* (a) *locus publicus, in quo jussu Magistratus homines occiduntur*, Richt-Platz/ Richt-Stelle/ Gericht da die Vbeltäter abgethan werden/ Henckerey. Plaut.

b *Carnificina idē, quod cruciatus*, Pein/ Angst/ Marter/ Qual. Plaut.

Carnificium, *ii, n*, (a) *ipse actus carnificis*, des Henckers Ampt.

b *Carnificius, Adjectivè* apud Plautum legitur, ut: *Carnificium cribrum.* Mostell.

Carnifico, *as, are,* hinrichten/peinigen.

Carnificor, *aris, ari, pati istiusmodi, qvæ carnifices facere solent,* gepeiniget werden. Liv. 4. bell. Pun.

Carnivorus, *a, um,* das Fleisch frisset/ut: *Carnivora animalia.* Plin. l. 10. c. 73.

Carnositas, *atis, f. musculorum plenitudo,* Fleischigkeit.

Carnosus, *a, um,* fleischicht/ut: (a) *Carnosus venter musculi,* i. e. *media musculi pars carnosa.*

b *Carnosum folium,* ein dickes und fettes Blat. Plin. l. 21 cap. 6.

c *Carnosa radix.* Plin. l. 21. cap. 6.

Carnulentus, *a, um,* idem, qvod *carnosus,* ut: *Sunt enim illi reciprocus qvibusdam pulmunculis vestigia carnulenta.* Solin. c. 62.

Caro, *carnis, f.* propriè *mortuorum dicitur; dicta qvod careat animâ,* autore Donato. Fleisch / ut: *Caro bubula* Rind-Fleisch / *caro suilla* Schweinen Fleisch / *caro ovilla,* Schöpsen-Fleisch.

b *Caro piscium,* Fisch-Fleisch Plin. l. 9. c. 17.

c *Caro in fructibus notat mollierem illam partem esculentam,*

e. g. *in prunis, malis, cerasis, &c.*

d *Caro in arboribus qvid sit, docet* Plin. l. 16. c. 38.

e *Caro musculosa seu fibrosa est mollis & rubicunda, fibrisqve & tendinibus immixta.*

f *Caro glandulosa dicitur, qvæ glandulis propria est.*

g *Caro viscerosa, Græcè παρεγχυμα, qvasi effusa caro, est, qvæ viscerum vasa firmat, ut est caro cordis, lienis, pulmonum, renum, &c.*

h *Caro membranosa in partibus membranosis,* ceu sunt: *Oesophagus, ventriculus, intestina, uterus, vesica, &c.*

i *Caro* Theologis *notat* (1.) *totam humanam naturam;* ut: *Verbum caro factum est.* (2.) *Vitiositatem & peccatum.* (3.) *Inferiores animæ partes, concupiscibilitatem & irascibilitatē, qvatenꝰ rationi seu superiori parti animæ opponuntur.*

Caro, *is, ĕre, vetus est verbum, notat* idem, qvod *carminare & lanam pectere,* Wolle kammen. Varr. l. 6. de Lingv. Lat.

Caros, *καρος* (a) Dioscoridi l. 3. *est semen exiguum, anisi proportione respondens; dicitur & carum, cuminum pratense, carvi Officinarum;* Feld-Kümmel Wiesen- od Matt-Kümmel.

b *Caros sive Carus est somnus profundus, cum sensus & motus, respiratione exceptâ, imaginationisq; lasione, ab impedito spirituum animalium motu exortus.* Galen. Sennert.

c *Caros est crapularis redundantia à καρόω, perturbo, vexo, agito.*

Carota, *æ, f. betarubra,* rothe Ruben. vid. Beta.

Caroticus, *a, um, καρωτικὸς, soporandi vim habens.*

Carotis arteria, Schlaff-Puls-Adern.

Carpæa, *κάρπαια, armata fuit saltationis species.* Cæl. l. 25. cap. 4.

Carpasinum, *planta* est Dioscoridi, *cujus succus soporem citamq; strangulationem adducit.* l. 6. c. 13.

Carpentarius, *a, um, ad carpentum spectans,* ut: (a) *Carpentarius equus,* i. e. *qvi carpentum ducit,* ein Pferd/ das im Wagen zeucht.

b *Carpentarius faber,* ein Wagner. Sipont.

Carpentum, *i, n. genus vehiculi,* eine Senffte / Wagen. Liv. l. 1. U C.

Carpesium, *vid.* Valeriania.

Carpheotum, *thuris genus purissimum & candidum, qvod autumno legitur ex parte æstivo.* Plin. l. 12. c. 14.

Carphos, *vid.* fœnum Græcum

Carpias, (*inqvit* Menander Rhetor apud Cæl. l. 4.) *civitates dicebant, in præruptis fluminum*

à Romanis, ad Barbarorum impetum reprimendum, conditas.

Carpineus, *a, um, ex Carpino factum.* Plin.

Carpinus, *arbor,* (a) *aliàs Acer major;* Ahorn. Matthiol.

b *Carpinus nonnullis* idem ac *Tilia saxatilis;* Stein-Linde. Matthiol.

c *Carpinus sive jugalis, arbor,* perperam ponitur pro *Evonymo.* Matthiol.

Carpio, *onis, carpo, carpus, carpa, piscis,* ein Karpffe / ut: *Lapis sive lapillus carpionis,* Karpffen-Stein.

Carpo, *is, carpsi, carptum, carpere,* (a) *est molliter decerpere,* abbrechen/ut: *Manibus herbas carpere.* Plin.

b *Carpere est accipere,* ut: *Cibos digitis carpere.* Ovid.

c *Carpere iter, est ambulare,* ut: *Si qvis tibi serum carpat amicus iter.* Martial.

d *Carpere* idem, qvod *vellere,* ut: *Carpere linum,* Flachs reissen. Valla.

e *Carpere* pro *secare,* eintheilen/ut: *Carpere orationem membris minutioribus.* Cic. 3. de Or.

f *Carpere* pro *eligere,* ut: *Nam jam adibo, atq; unum qvicqvid, qvod qvidem [illegible] bellissimum, carpam; & C[illegible]hos sorbillans, paulatim hunc producam diem.* Ter. Adelph. 4, 2, 53.

g *Carpere est ladere, imminu-*

nuere, ut: *Carpit enim vires paulatim, uritq; videndo Fœmina.* Virgil. 3. Georg. 42.

h *Carpere est auferre*, ut: *Opes alicujus carpere.* Ovid.

i *Carpere est reprehendere*, schelten/ tadeln/ ut: *Is (Pompejus) carpebatur à Bibulo.* Qv. Fr. 2. 7.

k *Carpere* pro *frui*, genieſſen/ ut: *Cærpamus dulcia*, i. e. *fruamur rebus dulcibus.* Perſ.

Carpobalſamum, *i, n. notat* (a) *arborem nempè Balſamum Syriacam ruta folio*; Balſam-Baum.

b *Carpobalſamum fructus, dicitur, ſicuti ramuſculi dicuntur, Xylobalſamum, & Liquor balſameus, Opobalſamum.* Schröder. Pharmac.

Carpophyllon, *i, n.* καρπόφυλλον, *genus Lauri.* Plin. l. 15. c. 3.

Carptim, *Adverb. Hinc itaq; illinc ſine aliquo ordine decerpendo.* Stückweiſe/ ut: *Statui res geſtas Pop. Rom. carptim*, (al. *ſtrictim*) *ut quæq; memoriâ digna videbantur, perſcribere.* Salluſt. in Catil.

Carptor, *oris, m. reprehenſor*, ein Tadeler. Gell. l. 19. c. 7.

Carptura, *æ, f.* idem, qvod *carpt⁹.*

Carptus, *tûs, m. c. ſe actus decerpendi*, Abbrechung / Abzwickung. Plin. 11. Varro.

Carpus, *i, m.* (a) *piſcis, vid.* Carpio.

b *Carpus*, i. e. *brachiale*, die Vor-Hand / die Hand-Wurtzel.

Cárrago, *à quibusdam uſurpatur* pro *curribus reliquisq; caſtrorum impedimentis.*

Carruca, *æ, f.* ein Kärnlein/ ut: (a) *Nec feriatus ibat ante carrucam.* Mart. l. 5.

b *Carrucam (vel Carrutham) puta, vel lectîcam commodavit.* l. 17. §. 4. ff. commodat.

Carrucarius, *ii, m qui carrucam agit.* l. 13. in princ. ff. Locati.

Carrucarius, *a, um*, ut: *mula carrucaria*, ein Maul-Eſel/ der die Senffte trägt. l. 38. §. 8. ff. de ædilit. edict.

Carrum, *i, n. &* Carrus, *i, m.* ein Wagen/ Karn. Cæſar. bell. Gall. l. 1.

Carthamus *ſive* Cnicus, wilder Saffran/ Safflor.

Carthegon, *Buxi granum eſt.* Plinius l. 16. c. 30.

Cartibulum, *menſa erat vinaria lapidea, quadrata, oblonga, unâ columellâ.* Varr. l. 4. d. L. L.

Cartilagineus, *a, um, vel*

Cartilaginoſus, *a, um*, (a) *ex cartilagine conſiſtens*, knorpelicht.

b *Cartilaginoſus*, i. e. *medium conſiſtentiam habens inter durum & molle*, ut: *Cartilaginoſum galbanum.* Plin. l. 12. c. 25.

Cartilago, *inis, f.* (a) *eſt pars corporis ſimilaris, quæ tamen neq; os, neq; caro, ſed quoddam eſſet intermedium*, Knorpel.

Carum, *vid.* Caros.

Caruncula, *æ, f.* (a) *dimin. à carne.*

b *Caruncula (in renibus)* die Fleiſch-Wärtzlein in den Nieren.

Carus, *a, um*, (a) *eſt multo conſtans precio*, theuer/ werth/ ut: *Cara annona*, Theurung. *Putabam annonam in macello cariorem fore.* Andr. 4, 5, 7.

b *Auro res non cara* dicitur, *quæ non eſt metienda auro*, nicht mit Geld zu bezahlẽ. Plaut.

c Sic: *Res non cara auro* dicitur, qvæ *tanti eſt precii, ut aurum contrarium* vel *contra oppoſitum non ſufficiat*, nicht mit Gold zu bezahlen/ ut: *Auro contrà cedo modeſtum amatorem*, ſiehe da einen beſcheidenen Buhler/ der da mit Gold nicht zu bezahlen. Curcul. 1, 3, 45.

Mihi auro contrà conſtat filius, mein Sohn koſtet mich mehr/ denn Gold. Truc. 2, 6, 57.

d *Carum aliqvem habere*, einen lieb und werth haben/ ut: *Mirificè te diligit carumqve habet*, er hat dich ſehr lieb uñ werth. l. 12. ep. 12.

c *Carum alicui eſſe*, einem lieb ſeyn/ ut. *Si domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi caræ ſunt*, iſt dir dein Hauß/ und anders/ worauff du noch eine Hoffnung/ lieb. lib. 10. Ep. 11. Att.

Caryatides *ſunt ſtatuæ marmoreæ muliebres ſtolatæ: Cur ita dicantur, habes* Vitr. l. 1. c. 1.

Caryca, vid. Carica.

Carynus, *a, um*, ut: *Carynum oleum*, i. e. *ex nuce juglande expreſſum*, Welſch-Nüß-Oel. Plin. l. 23. c. 4.

Caryophyllata, *æ, f.* (a) *herba Benedicti*, Benedicten-Kraut / Benedicten-Wurtzel.

b *Caryophyllata aqvatica*, Waſſer-Benedicten.

c *Caryophyllata alpina*, Berg-Benedicten. Matthiol.

Caryophyllus, *i, m. flos tunicæ*, ut: (a) *Caryophyllus hortenſis eſt, qui colitur in hortis variorum colorum & diſcrepantis plenitudinis*, Neglein / Negel-Blumen.

b *Caryophylli aromatici*, Nelcken/ Würtz-Negelein.

c *Caryophyllon* Plinio *eſt arbor exotica.* l. 12. c. 7.

Caryopon, *genus cinnami, quod in Syria gignitur*, Plin. l. 12. c. 28.

Caryota, *æ,* κάρυωτις, *Palmæ fructus*, Datteln. Plin. l. 15. c. 4. *vid.* Dactyli.

Caryſte, *es, vel* Caryſtos, *Caryſti, inſula una ex Cycladibus, hinc:*

Caryſtius, *a, um*, ut: *Caryſtium vinum.* Strab. l. 10.

Carytis, *is, f. alterum genus Tithymalli, myſinitem vocant, alii caryten, foliis myrti acutis & pungentibus, ſed molliori-bus.* Plin. l. 26. c. 8.

Caſabundus, *a, um, creb rò cadens ab antiquo verbo caſo, ea ſas, deducitur.* Feſtus.

Caſalvades, *Meretricula olim, ſic cognominatæ ſunt.* Cæl. l. 14. c. 8.

Caſalvium, *locus Athenis*, ubi

prostabant meretricula, quæ inde Casalvades dicebantur. Alex. ab Alex. l. 4. c. 18.

Cascaria, æ, *f. mulier, casam custodiens,* eine Hauß-Hüterin. Fest.

Cascè, *Adverb. vetustè,* ut: *Cascè loqui,* alte verlegene Wörter brauchen. Gell. l. 1. c. 10.

Cascus, *a, um, vetus.* Varro.

Caseale, *is, n. locus, in quo & fiunt & reconduntur casei,* eine Käse-Kammer / Käse-Korb. Col. l. 2. c. 15.

Caseārius, *a, um,* zum Käse gehörig / ut: *Taberna caseāria,* ein Käse-Laden / Käse-Gewölb. l. 8. §. 5. ff. si servitus vindic.

Casellæ, *vide* Granarium.

Caseolus, *i, m.* ein Käßlein.

Caseus, *i, m. à coëundo dictus,* uti ait Festus, Käse / ut: (a) *Caseus recens,* neuer Käse. Plin.

b *Figurare caseos,* Käse machen. Plin. l. 10. c. 38.

c *Caseus ovillus,* Schaaf-Käse.

d *Caseus vaccinus,* Küh-Käse.

e *Caseus caprinus,* Ziegen-Käse.

Casia, *vid.* Cassia.

Casiaca, κασιάκη, *genus vestis erat militibus propria, quam Athenienses Reges sæpissimè induebant.* Alex. Gen l. 6. c. 18.

Casignete, κασιγνήτη, *herba genus est, apud* Plin. l. 24. c. 17.

Casilam *antiquè* pro *cassida.* Fest.

Casina, æ, *f.* κασίνη, dicitur Plauti qvædam Fabula, *significat* idem, *qd scortillum: nam* κάσαι *scortũ interpretantur.* Taubm.

Casmœnas *dixerunt veteres* pro *Camœnis.* Sipont.

Casito, *as, are, à caso,* ich falle / ut: *Si servitus stillicidii imposita sit, non licet domino servienti areæ ibi ædificare, ubi casitare, (alii legunt cassitare) cœpit stillicidium,* wenn einer die Gerechtigkeit hat / daß der Nachbar die Trauff in seinen Hof fallen zu lassen leiden muß; So ist der Nachbar nicht befugt / die Trauff zu verbauen. l. 20. §. 4. ff. de servit. prædior. urban.

Caso, *as, are, frequentativ. à cado.*

Caspii, *orum, &* Caspiani, *Populi Scythiæ,* It. *montes.* Hinc:

Caspiacus, *a, um,* ut: *Porta Caspiaca.* Stat.

Caspius, *a, um,* ut: (a) *mare Caspium, dulcius cæteris, ingentis magnitudinis serpentes alit, pisces longè diversi, ab aliis, coloris. Quidam Caspium, quidam Hyrcanum appellant.* Curtius 1193. Controversias de hoc mari annotavit Vadianus apud Pomponium Melam.

Cassabundus, *vid.* Casabundus.

Cassia, æ, *f.* ut: (a) *Cassia fistula sive cassia solutiva.* Matthiol.

b *Cassia lignea,* idem ac *Cinnamomum,* Zimmet / Canel. *De Cassia & Cinnamomo officinarum controversæ occurrunt opiniones, vid.* Matth. Garz &c.

c *Cassia foliũ sive foliũ Indii, Malabatrum,* Indianisch Blat. Dioscorides *folia hæc in aqvosis crescere locis aqvisq; innatare scribit, uti lens palustris.* Garzias ab horto *autem esse folia arboris, ait, invenirique copiosè in India, ac maximè Cambaja, procul ab aqvis. Utrum ergò folium modernum cum veterum idem sit, est, de qvo ambigitur.*

d *Cassia Montispelliensium herba circa Romam in Italia, & Narbonam in Gallia, crescens,* de qva Matthiol.

Cassiculum *vel* Casticulus, *reticulum,* ein kleines Netzlein. Festus.

Cassida, æ, *f. Galea,* ein Helm / ut: *aurea cassida.* Virg. 11. Æn.

Cassidilis, cassidile *vel* cassile, *pera, mar supium aucupis vel pastoris,* ein Wathsack / Rantze. Lexic. Gemm. Gemm.

Cassiope *sive* Cassiopæa, κασσιόπη (a) *Cephi Regis Æthiopum uxor & Andromedes mater, qva cum Nereidibus de pulcritudine certavit, unde & inter sidera constituta fertur.* Col.

b *Cassiopæa sidus cœleste ita figuratum, ut in sella sedeat.* Cicer. 2. de Nat. Deor.

Cassis, *idis, f. Galea,* ein Helm / Sturm-Haube / Barb. Casqet / ut: *Addere caput cassidi,* eine Sturm-Haube aufsetzen. Ovid. 8. Metam.

Cassis, *is, m. rete, qvod vacuas habet maculas,* ein Jäger-Garn / Netz / Jag-Tuch. Ovid. & Plin.

Cassita, æ, *f. avis, qvæ & Galerita & alauda dicitur,* eine Lerche. Plin.

De cassita habet Apologum Gellius l. 2. c. 29.

Cassiterus, *i, m.* κασσίτερος, *plumbum candidum, sive stannum,* Zien. Plin. l. 34. c. 16.

Cassitias, *visci genus, in abiete & larice nascens,* Tannen-Mistel / Lerchen-Baum-Mistel. Sipont.

Cassius, *ii, m. nomen proprium viri cujusdam, hinc:*

Cassianus, *a, um,* ut: *Judex Cassianus.* Cic. 5. Verr.

Cassius, *a, um,* ut: *Cassia vis.* Cic. 12. Philipp.

Casso, *as, vid* Qvasso.

Cassotis, *fons fuit apud Delphos, à nympha sic dictus Parnasia.* Cæl. Rhod. l. 19. c. 10.

Cassum, *i, n. fragmentum,* ut: *Lychnis gemma aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit.* Solin. c. 65.

Cassus, *a, um,* (a) *inane, vacuum, qvasi omni re carens,* leer / vergeblich. Nonius.

Cassus, inqvit Servius, *arbitrandum est, ejus verbi proprietatem magis ab aranearum cassibus, dictam, qvod sint levis ac nullius ponderis.*

b *Cassus lumine, privatus,* i. e. *mortuus.* Virg. 2. Æn.

c *Cassa verborum copia,* vergebliches Gewäsch. Lucret. l. 4.

d *Cassa consilia,* id est, *vana,*

Cerrones, *leves & inepti, à cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sint usi, quas Graci γέρρας appellant.* Festus.

Cerrosugarus, *quasi cerro suber, arbor est proferens glandes sicuti quercus, sed folia habet suberis,* à Theophrasto dicitur *Phellodrys.* Matthiol.

Cerrus, *i, f.* (a) *arboris glandiferæ species, cujus glande caro suilla firmior redditur,* eine Art der Eichen-Baums. Plin. lib. 24. cap. 4. Vitruv.

b *Cerrus* pro *Galla.* Pancovius.

Certamen, *inis, n. conflictus, contentio, prælium,* ein Streit / ut: (a) *Philippus inferioribus contra superiores svasit certamina, Philippus* hat die Schwächern beredet / wider die Stärckern sich in Streit einzulassen / oder hat die Schwächern wider die Stärckern verhetzet. Curt. 18.

b *Navale inire certamen,* zu Wasser streiten / zur See kriegen. Curt. 449.

c *Fortuna æquat certamen inter fortissimos viros,* das Glück hält zwischen tapffern streiten-

den Partheyen die Wage Curtius 1124.

d *Certamen cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuit,* man hat gestritten mit den grausamsten Völckern nicht aus Zorn / sondern umb die Tapfferkeit zu erweisen. Curtius 1748.

e *Certamen est de Principatu,* man streitet umb die Herrschafft. Corn. 79.

f *Jaculi certamina ponere in ulmo, est ictus sagittarum ad scopum aut columbam, ulmo affixam, dirigere,* nach dem Vogel schiessen / den Vogel abschiessen. Virg. 2. Georg. *v. 13 à fine.*

g *Certamen vini, compotatio,* Vollerey / wenn man einander zu- und gleich-säufft. Tibull. l. 3. Eleg. 6.

h *Certamen* pro *tumultu sive strepitu,* ut: *Nauticus exoritur vario certamine clamor.* Virgil. 5. Æn.

i *Certamen honestum & disputatio splendida,* ut: *Pugnant Stoici cum Peripateticis, &c. & certamen est honestum, & disputatio splendida: Omnis est enim de virtutis dignitate contentio,* die *Stoici* streiten mit den *Peripateticis,* und dieser Streit ist gut / und ein fürtrefflicher Wort-Kampff / weil der gantze Streit von der Tugend handelt. Cic. 2. de Fin.

k *Certamen* pro *ludo, in quo*

est contentio, ubi etiam ab agonotheta præmium proponitur. l. 21 §. 3. ff. de annuis legatis.

l *Certamen*, metaphoricè pro *judicio contradictorio, in quo conconfligunt litigatores.* l. 20. C. de nuptiis.

m *Certamen Chrysanthianũ, ab aureo flore, præmio victoris, nuncupatum.* l. penult. ff. de annuis legatis.

n *Certaminum genera quatuor fuisse apud Græcos*, scribit Budæus, Nemæa *scilicet*, Pythia, Isthmia, Olympia, *quæ & sacra appellantur certamina.* Alex. ab Alexand. l. 5. c. 8. & Cæl. Rhod. l. 13. c. 30.

o *Certamen publicum erat, quod publica lætitiæ gratiâ fieret, vel quod populo exhiberetur.* l. 7. §. 4. ff. ad leg. aqvil.

p *Certamen Circense accipiunt Græci* pro *eqvestri conflictu.* l. 2. C. de spectacul. & Scenicis.

Certatim, *Adverb. cum contentione, qvando alius alium prævire conatur in re aliqva*, in die Wett / mit Fleiß / Hauffen-weiß / ut: (a) *Itaq; in vulnera ac tela ruunt, neq; illos muri, neq; superstantes armati arcere qveunt, qvin certatim ascendant.* Liv. 6. bell. Pun.

b *Cantare certatim*, mit einander in die Wette singen / Barbar. Concerten singen. Horatius.

c *Certatim ad opus currere*, mit grossem Fleiß zusammen auff etwas zueilen. Cicero 2. Philipp.

Certatio, *onis, f. ipse actus, contentioqve certaminum*, Streit / Kampff / Zanck / ut: (a) *Certatio corporum.* Cic. 2. de leg.

b *Virtuti cum voluptate certatio est*, die Tugend ist der Wollust zuwider. Cic. 2. de Fin.

c *Certationem pro cognitione extrema accipi putant quidam in legibus, qvas refert* M. Cicer. l. 3. de leg.

Certator, *oris, m.* ein Streiter / Kämpffer.

Certatus, *ûs*, idem, qvod *certamen.* Statius.

Certatus, *a, um*, ut: *In transgressu multum certato*, i. e. *cum certâsset.* Tacit. l. 11.

Certè, *Adverb. confirmantis*, gewiß / gewißlich / fürwahr / ut: (a) *Certè captus est*, i. e. *sine dubio.* Terent.

Certè is est, i. e. *profectò.* Ter. Andr.

b *Certè*, concedentis particula, ut: *Naturales divitias dixit parabiles esse, qvod parvo esset natura contenta, certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis*, er hat vorgeben / man könte leichtlich reich seyn / weil die Natur mit wenigen sich vergnügen ließ. Ja / wenn ihr nicht auff die Wollust erpicht weret. Cic. de Fin.

c *Certè* pro *etiam, vel simili qvâdam particulâ*, teste Budæo.

d *Certè* pro *saltem, vel utcunqve*, ut: *Victi igitur sumus; aut si vinci dignitas non potest, certè fracti & abjecti.*

e *Certè* pro *tamen*, ut: *Etsi non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti*, ob du gleich mit zu meiner Reise nicht gerathen hast / hast du solche doch gebilliget. Cicer. Attic. l. 16.

Certioro, *as, avi, atum, are, præmonere.* l. 1. §. 9. ff. de eo, qvi pro tutor. vel curat. l. 29. ff. mandati.

Certioror, *aris, ari, certiorem fieri*, l. 1. ff. de action. empt. & vend.

Certissò, *certus fio*, Pacuv. apud Nonium

Certitudo, *inis, f* Gewißheit / Sicherheit / *certitudo est adhæsio qvædam firma intellectus.*

Certitudo scientiarum est, qvæ habetur vel per scientiam, ut in Physicis, vel per testimonium, ut in Theologia revelata.

Certo, *avi, atum, are*, *Certare* est *contendere, altercari*, streiten / kämpffen / ut: *Certare cum aliis*, mit andern streiten. Lib. 1. Ep. 15.

Certare secum ipso. l. 9, 14.

Summâ contentione certare, zum hefftigsten sich bemühen. Lib. 10. Ep. 8.

b *Certare cum aliqvo re aliqvâ*, mit einem über etwas streiten / ut: *Carmine cum aliqvo certare*, mit einem in die Wette Verß machen. Horat.

Malitiâ tecum certare, miseria est, es were ein elender Handel / wenn ich dich mit Bosheit zu überwinden gedächte. Perl. 2, 2, 56.

Certare benedictis, gute Wort außgeben. Ter. Prol. Phorm. 2. vide *Audire.*

c *Certare officiis inter se*, dicuntur *amici, qvorum alter alterum officiis vult vincere.* Cicer. l. 7, 32.

d *Certare* est *certatim facere* vel *agere*, ut: *Certantq; illudere capto* 2. Æn.

Inter se certant donis, i. e. *certatim dona mittunt & munera.* Mil. glor. 3, 1, 120.

e *Certare cum usuris fructibus prædiorum*, dicitur *is, qvi creditori usuras æqvales vel majores fructibus prædii oppignorati pendere tenetur*, wenn der Zinß die Nutzung übertrifft. Cicer. 2. Catilinar.

Certò, *Adverb.* gewißlich / ja / fürwahr. Plaut. Cic.

Certus, *a, um*, est *clarius & indubitatus*, gewiß / ut: (a) *Certa amittimus, dum incerta petimus.* Pseud. 2, 3, 19.

b *Autor certissimus*, i. e. *probatissimus* 1 Georg. 87.

c Qvæ aliàs Verbâ dicuntur *concepta*, ea & *certa* vocantur, ut: *Certis qvibusdam verbis divortium fit.* de Or.

In certa verba jurare. de Juv.

d Quos vulgus *homines fideles & tutos* vocat, hi Latinis *certi* dicuntur, ut: *Habebam homines certos, quibus dare poteram,* ich hatte vertraute Leute/ denen ich es zustellen konte. Att.

Cum mihi certorum hominum potestas erit. Ep.

Amici certi, treue Freunde Plaut.

c *Certiorem facere aliquem de aliquare,* einem etwas zu wissen machen. Cornel. 74. 98.

Epistolarum genera multa esse, non ignoras: Sed unum illud certissimum, cujus caussa inventa res ipsa est, ut certiores faceres absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostrâ aut ipsorum interesset lib. 2. Ep. 4. vide lib. 10. Ep. 11. Attic.

f *Certum habeo,* i. e. *certissimè scio,* ich weiß gewiß/ ich halte es für gewiß/ ut: *Non certum habeo, quæ res te hinc retrahat,* ich kan nicht eben wissen/ was dich von hier abhalte. Ep.

Certum non habeo, ubi sis, ich kan nicht gewiß wissen / wo du seyest. Att.

g *Pro certo habere* vel *putare aliquid,* etwas für gewiß halten/ ut: *Pompejum, pro certo habemus, per Illyricum profici in Galliam.* Att.

h *Certum alicui esse,* gewiß wissen/ ut: *De jure mihi certum est,* daß es recht/ weiß ich gewiß,

De publicis omnia mihi certa, von den gemeinen Sachen habe ich allen guten Bericht. Lib. 16. Epist. 24.

i *Pro certo polliceri & confirmare aliquid,* etwas gewiß verheissen oder zusagen. de Clar.

k *Certum scire,* gewiß wissen/ ut: *Sed cùm certum sciam, faciam te paulò antè certiorem,* aber wenn ichs gewiß wissen werde/ wil ich kurtz zuvor dich berichten. Lib. 4. Ep. 14.

l *Certum nescire aliquid,* nicht wissen/ ob ein Ding gewiß sey/ ut: *De Orobio opinor, sed certum nescio.* Att.

m *Certum est,* es ist beschlossen/ ut: *Mihi certum est abire,* ich habe gewiß bey mir beschlossen/ ich wil abscheiden. Att.

Certum deliberatumq; est facere, ich habe mirs gewiß fürgesetzet zu thun. pro S. R. IX.

Sibi certum est, Romæ manere, er hat sich gewiß fürgenommen/ er wil zu Rom bleiben. Att.

Omnia experiri certum est prius, quàm pereo, ehe ich zu boden gehe/ habe ichs gewiß mir fürgesetzet / zuvor alle Mittel herfür zu suchen / es auff allerley Wege anzugreiffen. Ter. Andr. 2, 1, 12.

Certum est, quid respondeam, ich weiß / was ich zur Antwort geben sol. pro Arch. VI.

n *Certus eundi,* der bereit oder fertig ist zu gehen. Virgil.

Cer-

Certus relinquendæ vitæ, des Todes gewiß/ bereit zu sterben. Tacit.

o *Certus jaculis,* ein gewisser Schütz / geübt im Schiessen. Valer. Flacc.

p *Certus succurrere,* bereit zu helffen. Valer. Flacc.

Certus mori, bereit zu sterben. Stat.

q *Certo certiùs,* pro *verissimè.* l. 10. §. 14. ff. qvæ in fraudem creditorum.

r *Certum in stipulationum tractatu, quid, quale, quantumq; sit,* apparet, ein benanntes. l. 74. ff. de Verb. Obl.

Certum triticum dicitur, cujus & qualitas & quantitas apparet. l. 94. ff. de Verb. Oblig.

s *Certum corpus* JCti appellant, qvod Dialectici *Individuum: Incertum verò, qvod illi Genus, quâ de caussa inter se opponuntur.* l. 1. §. 7. ff. ad leg. Falcid.

Cerva, æ, f. eine Hindin / ein Thier.

Cervaria, æ, f. *herba sive peucedanum alterum,* Hirsch-Wurtz. Matth.

Cervarius, a, um, ut: (a) *Cervarius lupus,* (*animal ex cerva & lupo, aut lupa & cervo*) ein Luchs. Plin. l. 8. c. 22.

b *Cervaria ovis dicebatur, quæ pro cerva immolabatur.* Festus.

c *Cervarium venenum.* Plin. lib. 27. cap. 11. *Limeum herba appellatur à Gallis, quâ sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.*

Ceruchus, i. e. *cornutus, ponituréq; pro cornibus navalibus,* id est, *extremis antennis, qvæ in utrumq; veli latus diffunduntur.* Valer. Flacc.

Cervical, ális, n. vel Cervicále, is, n. *cervicis sustentamentum,* ein Haupt-Küssen. Martial.

Cervicaria, æ, f. *herba,* aliàs *uvularia,* Halß-Kraut / Hucke Blat. Pancov.

Cervicellum *sive Seseli Ægyptiacum,* weiß Hirsch-Wurtz. Pancov.

Cervicosus, a, um, *inexorabilis,* hartnäckigt/ halßstarrig/ unerbittlich.

Cervicula, æ, f. Genicklein/ ut: *Tu-menne putamus, patronum tuũ in hoc crimine cerviculã jactaturum, & populo se ad coronam daturum.* Cic. 5. Verr.

Cervinus, a, um, hirschin/ ut: (a) *Cornu cervinum,* Hirsch-Horn. Varr. 3. de re rust. c. 9.

b *Cervinus color, qualis est pellis cervi, vel castanea.* Palad. l. 4. c. 13.

c *Typhi cervini,* Hirsch-Kolben.

d *Pellis cervina,* Hirsch-Haut. Horat.

Cervisia, æ, f. *vel cerevisia, zythus,*

potus est ex aqva, frumento preparato & lupulo coctus, Bier/ut: (a) Cerevisia secundaria, halb-Bier / (Misnicè) Scherpe/Hauß Bier.

b Lora cerevisia, Kofent.

c Cerevisia triticea, Weitzen- oder Weiß-Bier.

d Cerevisia hordeacea, Gersten-Bier/braun Bier.

e Cerevisia avenacea, Bier aus Haber gebrauet.

f Cerevisia secálina, Bier von Rocken. Jonston.

Cervix, icis, m. est colli pars posterior, der Nacken/ut: (a) Abscindere alicui cervicibus caput, einem den Kopff abreissen Cic. 11. in Philipp.

Imponere cervicibus alicujus regionis urbem, einem Lande/ solches im Zaum zu halten/ eine Stadt an die Seite bauen/ einem Land ein Castell vor die Nase legen. Curt. 1662.

b Cervices hominis, pro ipso homine eleganter ponuntur, ut: Ejus furores hâc dextrâ à cervicibus vestris (à vobis) repuli, sein Wüten habe ich mit dieser Hand von euch abgewendet. pro Mil. Eclog. & Varr. XXV.

Magnam mali molem à cervicibus alicujus depellere, i. e. ab ingenti malo aliquem liberare. III. Catil. VII.

c In cervicibus esse, i. e. vicinum esse, ut: Bellum est in cervicibus. Liv.

d Cervix uteri, sive vagina uteri, der Mutter-Halß.

Cervix vesica, der Halß an der Harn-Blasen.

Cerula, æ. f. idem, qvod cera, ut: Miniata cerula notare, mit rothem Wachs zeichnen Cic.

Cerumen, vid Cerimen.

Ceruſſa, æ, f. Bleyweiß / (a) ex plumbo mediante aceto fit. Vitruv. it. Plin.

b Ceruſſa antimonii, dicitur antimonium cum tribus partibus nitri calcinatum & edulcoratum. Schrod. Pharm.

Ceruſſátus, a, um, mit Bleyweiß bestrichen/ geschminckt/ ut: Ceruſſata mulieres, (qvæ candoris comparandi gratia ceruſsâ utuntur) Mart. l. 2.

Ceraſſata bucca, geschminckte Backen. Cic. in Pison.

Cervus, i, m. (a) dictus, qvod κέρατα, id est, cornua gerat, ein Hirsch. Festus.

b Cervus dicitur furca, qvæ ad casa sustentationem figitur, ad similitudinem cornuum cervi, ein Holtz/ daran oben eine Gabel/ eine Stütze. Virg. 2. Eclog. & Varr.

c Cervus, sive cervus volans, dicitur Scarabæus cornutus, Scarabelaphus, ein Schröter.

d Cervi spina, herba, alias spina infectoria, Rhamnus catarcticus, Weg-Dorn / Creutz-Beer. Cord.

e Cervi ocellus, vid. Pastinac.

Cerycium, ii, n. (a) lignum erat rectum, utrinq; duos continens serpentes implexos, ita, ut se mutuò & ex adverso intuerentur, qvo utebantur Caduceatores, ein Herolds-Stab. Cæl. l. 21. c. 16.

b Cerycia sunt insignia, qvæ legati ferre solebant, ne qvis eos violaret. l. 8. §. 1. ff. de rerum divis.

Ceryx, κήρυξ, m. Præco & Caduceator, ein Herold. Euseb.

Cesale, is, n. dicitur locus, in qvo ventrem perpurgamus, sellam familiarem vocavit Varro, ein Nacht-Stul. Cæl. l. 10. cap. ult.

Cespes, vid Cæspes.

Cessatio, onis, f. Stillstand/Verzug/ Hinderung / ut. (a) Id negotium institutum, non datur cessatio, die Sache ist angestellet / es leidet keinen Verzug. Plaut. Pœn.

Cessator, oris, m. qvi cessat, & nihil agit, ein Nachlässiger/ der gerne lang trädelt oder tendelt. Gell. l. 1. c. 28.

Cessatus, a, um, ut: (a) Cessata arva, äcker/ die man zu bawen unterlassen/wüst Land. Ovid.

Cessim, Adverb. ut: Cessim ire, est retrò redire. l. 52. §. 2. ff. ad leg. aqvil.

Commisso bello ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Justinus l. 2.

Cessio, onis, f. (a) abalienatio, Verlassung / Verwendung/ Vbergebung. Cic. in Top.

b Cessio est utilis dominii translatio, & sic consequitur alienatio. Bald.

c Cessionis bonorum beneficium, vid. Beneficium.

Cessionarius, ii, m dicitur ille, in qvem transfusa est obligatio, vel nomen: & debet certiorare debitorem, qvod nomen ejus in ipsum transfusum sit, ipsum notificando vel ostendendo instrumentum, & legendo, & copiam, si velit habere, dando. Schardius in Lexic.

Cesso, avi, atum, are, cessare est opere vacare, feyern / müssig seyn/ ut: (a) At pueri etiam, cùm cessant, exercitatione aliqvâ delectantur. de Nat.

Ego hic cesso, qvia ipse nihil scribo, lego autem brevissimè, ich feyre allhier / weil ich für mich selbsten nichts schreibe/ sondern lese nur ein wenig. Ep.

Nemini nostrûm cessandum neqve expectandum, qvid decernat Senatus, l. 10, 33.

b Cessare est diutiùs immorari re aliqvâ faciendâ, & eam negligentiùs agere, ut: Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. Adelph. 4, 2, 50.

c Cessare, pro frustrari, & moram facere solutioni, die Zahlung verzögern / ut: Debitor, qvi in exolutione totius cessabat, solam partem deposuit, der Schuldener/ wel-

welcher die gantze Schuld zu zahlen unterliesse/ trug nur einen Theil ab. l. 41. § 1. ff. de Usuris.

d *Cessare, pars legati dicitur, quæ deficit*, ut: *Ea pars legati, quæ cessat, illi, cui fundus legatus est, accrescit.* l. 41 §. princ. ff. de legat. secund.

e *Cessante demonstratione*, i. e. *deficiente*, in Ermangelung Beweises. l. 97. ff. de solution.

f *Cessat edictum*, i. e. *locum non habet*, das Verbot ist krafftloß. l. 3. princ. ff. ne qvis eum, qvi in jus vocatur.

g *Cessat dolus malus*, i. e. *abest*. ibid.

h *Cessare, otiosum esse*, müssig seyn/ sein Geschäfft unterlassen. Cic. de Senect. & l. 35. princ. ff. de neg. gest.

i *Cessante vento*, i. e. *non flante*. Senec. Herc. Oeth.

k *Cessare*, i. e. *nunqvam fuisse*. l. 97. ff. de solution.

l *Cessans amphora*, i. e. *qvâ nemo utitur*. Horat. 3. Carm.

m *Morbus cessans*, i. e. *Chronicus*, eine Kranckheit / die unterweilen nachlässet. Horat.

n *Solum cessans, dicitur arvum, aut ager, qvi non exercetur*, ein wüstligender oder ungebauter Acker. Lucan.

Cesticillus, *appellatur circulus, quem superponit capiti, qvi aliqvid laturus est*. Festus.

Cesticulus, *idem*.

Cestreus, κεστρεύς, *piscis genus, qvi Cephalus & Mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienses*. Cæl. l. 27. c. 4.

Cestrosphendona, *Teli genus*. Liv. 5. Decad. l. 2.

Cestrum, κέστρον, (a) *instrumentum, qvo cavatur ebur*, Svidas *putat esse genus teli Persico bello inventi*. Latini *viriculum appellant*. Julius Poll. *prostimulo sive stylo accipit*.

b *Cestron, herba, qva & Betonica dicitur, à varietate remediorum*. Plin. l. 25. c. 8.

Cestrus, κεστρὸς, *Græcis verutum significat, cujus Teli etiam apud Livium mentio fit. Hinc qvod* in Gellio *legitur Rumineſtor*, Turneb' *emendandum censet, legendumq; Rumacestri*.

Cestus, *i, m.* κεστός, (a) *Cingulum, qvo uxor à marito cingebatur in fide maritali, à variis punctis sic dictum*, hujus meminit Martial, *hinc derivatur* incestus.

b *Cestus notat lorum, aut opus interpunctum, acuve pictum, Veneris q; ornamentum, & in commune fœminarum*, ut: *Collo necte puer meros amores, Cestον de Veneris sinu calentem*. Martialis lib. 14.

c *Cestus*, pro *alio qvovis cingulo & ligamento*, ein Gürtel/ Band. Varro lib 1. de Re Rustic. cap. 8.

d *Cestus item lora notat, qvibus pugilum brachia & manus innectebantur*.

Cetariæ, *arum, f. loca juxta mare, stagnante lacu, in qvibus pisces capiuntur, & juxtà saliuntur*, grosse Lachen neben der See/ in welchen man Fische pfleget zu fangen und einzusaltzen. Plin.

Cetarius, *a, um*, ut: *Cetarii sines, ubi capiuntur cete*. Plin.

Cetarius, *ii, m. qvi cete*, i. e. *magnos pisces venditat*, der grosse Wallfische verkäuffet. Ter. Eunuch. *it.* Nonius.

Cete, *pl. n.* κήτη pro κήτεα, & Cetus, *i, m.* grosse Meer-Fisch/ ut: *Cete immania*, grosse Wallfische. Vitg. 5. Æn.

Ceterach, *herba*, aliàs *Scolopendrium*, Hirsch-Zung/ Miltz-Kraut. Matth.

Cetra, *æ. f. Scutum, breve loreum, qvo utebantur Afri & Hispani*, ein Spanischer Schild/ Africanischer Schild. Livius. & Virgilius.

Cetratus, *a, um, cetrâ utens*, das einen Spanischē Schild führet. Liv. 1. bell. Mac. *it.* Cæs. 1. bell. civil.

Cette, antiqvis idem, qvod *dicite vel date, à cedo*, ut: *Salvete, optima corpora, cette manus vestras, meaq; accipite*. Ennius & Nonius.

Ceu, *Adverb. Similitud.* gleichals/ *est magis Poëtarum, qvàm Oratorum. Ceu verò*, pro *qvasi verò frequentissimè usus est* Plinius.

Ceva, *æ. f. genus vaccæ humilioris*. Colum. l. 6. c. 24.

Ceveo, *es, ere, clunes movere, per translationem* pro *adulari accipitur, qvòd, cùm canes adulantur, clunes & caudam moveant*. Pers. Sat. 1.

Chærofolium *vel* Chærophyllum, *vide* Cerifolium, Kerbel-Kraut / Körblen / Körffel. Matthiol.

Chalacantha, *vid.* Chalcanthum.

Chabrate, *est lapis translucidus, Crystallo similis, qvi creditur dare eloqventiam, honorem & gratiam, defendere gestantem à noxiis ac venenosis, & curare tumorem epatis & splenis* Boët. de Boot.

Chalasis, χάλασις, *laxatio articulorum, qvum scilicet ex lassitudine, nimiove labore, aliâve ex caussa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidat*, Verrückung oder Verrenckung der Glieder.

Chalassis, *tunica genus qvidam fuisse putant, qvod Græci* χάλασιν *vocant; alii dicunt, nodum esse muliebris tunicæ, qvo connexa circa cervicem tunica submittitur*. Sipont.

Chalastica, χαλαστικὰ, *Medicis dicuntur medicamenta relaxantia, qvia tensas laxent particulas*, erweichēde Artzeney. Gal.

Chalaſtricus, *a, um*, ut: *Chalaſtricum nitrum, quod ab Urbe Chalaſtra nomen habet, candidum eſt, purumq; ſali proximum* Plin. l. 37. c. 11.

Chalatorius, *a, um*, ut: *Chalatorii funes ſunt, quibus antenna & attollitur & demittitur.* Turneb. & Veg. *vid.* Chalo.

Chalazias, *æ, f. gemma, quæ grandinum colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ.* Plin. l. 37. c. 11.

Chalazion, χαλάζιον, *tuberculum eſt in oculorum palpebris, non diſſimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur, vocatur & grando.* Galen. l. 14. Method. & l. 4. de compoſitione Pharmac.

Chalcea, χαλκεῖα, (a) *Feſta quædam erant, quæ nonnulli vocant Athenæa. Alii etiam Pandémia, quoniam ab omnibus celebrarentur, quanquam mox à cerdonibus tantùm, aut operariis & fabris præſertim, ut refert* Harpocratio & Apollonius Acharneus. *Quo argumento prodidêre quidam, Athenienſes primùm arariam fabricam exercuiſſe, quod ſcribit* Euſtath. χάλκεια, *Vulcani feſtum à ſolis fabris celebratum fuiſſe, tradunt* Lexicographi.

b *Chalcea notat etiam fabulam Menandri.* Cæl. libr. 19. cap. 9.

Chalcanthum, *i, n.* χάλκανθον, *vitriolum, atramentum ſutorium*, Kupffer-Waſſer / Vitriol / Schuſters-Schwärtze. *vid. infrà* Vitriolum.

Chalcedonius, *ii, vel* Carchedonius, *eſt gemma, quaſi per nubem, vel nullo vel levi aliquo colore tinctam, totumq; corpus occupantem ſemiperſpicua, olim ſub onyche comprehenſa.* Boët. de Boot.

Chalceos, *genus herbæ, cujus meminit* Plin. l. 21. c. 16.

Chalcetum, *herba genus, hujus itidem mentio ſit apud* Plin. lib. 26. cap. 7.

Chalcevtice, χαλκευτικὴ, *araria fabrica, officina araria*, eine Schmeltz-Hütte.

Chalceus, *a, um, æreus.* Martial.

Chalcidica, *æ, f. genus terræ eſſe videtur, quæ affrita triticum conſervat.* Varro de re ruſtic. cap. 57.

Chalcidicus, *a, um, ex Chalcide Urbe, vel Chalcidia regione*, ut: (a) *Chalcidica turres.* Stat. 2. Syl. 2.

b *Chalcidicum, notat genus ædificii.* Feſtus.

Chalcidium, *ii, n. medicamentum, de quo ſic* Galenus l. 2. de Dinamid. *Chalcidium ſic fac, Æris florem in aceto vehementiſſimè ſubigito, ſicca ad Solem, fac pulverem, & utere.*

Chalcidix, *icis, vel* Chalcides, *æ, genus lacertæ.* Plin. l. 29. c. 5.

Chal-

Chalcicecus, χαλκείοικος, *Minerva à Lacedæmoniis cognominata, quod ædem æream haberet*, autore Svida; *vel quod Chalcidenſes ex Eubœa exules eam conſtruxerant. In hoc templum confugiſſe Pauſaniam memoriæ prodidit* Cornel. Nep. §. 141.

Chalcis, *idis*, χαλκὶς, (a) *ſerpentis venenoſi genus eſt, è genere lacertarum, quasdam æri coloris lineas in tergo habens, unde & nomen habet.* Plin. l. 32. c. 3.

b *Chalcis* Homero *eſt avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens.* Plin. l. 29. c. 8. *Cymindum* vocat.

c *Chalcis piſcis genus.* Plin. l. 32. c. 11.

Chalcites, *gemma æri coloris* Plin. l. 37. c. 11.

Chalcitis, *is, f. eſt minerale ſimile ari, friabile, nec lapidoſum. Sory tenuius, miſy verò craſſius, tractu temporis ex Sory factum.* Schrod. Pharm.

Chalcographia, *æ, f. ars Typographica*, die Buchdruckerey-Kunſt.

Chalcographus, *i, m.* ein Buchdrucker.

Chalcolibanon, χαλκολίβανον, *electri quædam ſpecies, auro precioſior: precioſiſſimũ quoddam genus aris foſſilis, auri fulgentis ſpeciem habens; Aretas putat inde dici, quòd in Libano effoderetur. Alii intelligunt æs candens*, (*cum* Apocalypſi Joh. c. 1. v. 15. *legitur: Pedes Domini in iſta viſione apparuerunt ſimiles chalcolibano, tanquam in igne ardentes*) Matth. Martin.

Chalcophonos, *gemma nigra, quæ illiſa, æris tinnitum reddit.* l. 37. c. 10.

Chalcoſmaragdos, *è Cypro turbida æneis venis.* Plin. lib. 37. cap. 5.

Chalcos, χαλκὸς, *genus numiſmatis quod denariolum valebat.* Plin. l. 21. c. 34.

Chaldæa, *æ, f. regio Aſiæ, hinc:*

Chaldæus, *i, m.* (a) *incola regionis Chaldææ*, ein Chaldeer.

b *Chaldæi* pro *Magis, genethliacis & Mathematicis, quia Chaldæi multum Aſtrologiæ judiciariæ dediti erant.* Cic. 1. de Divin. *Hinc:*

c *Chaldæum* Cato *ſumit* pro *ariolo* vel *Aſtronomo.* c. 5. Vitr. l. 6. c. 7.

Chaldaicus, *a, um*, ut: *Chaldaicum vaticinandi genus.* Cic. 2. de Divin.

Chálepi, χαλεποὶ, *verſus dicuntur duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt ille* Catulli Epigr. 9. Pentameter. *Quam modò, qui me unum atq; unicum amicum habuit.*

Chalo, *as, laxo demitto*, ut: *Centones & culcitras funibus chalant.* Veget. *Atq; hoc etiam*

ver-

verbum hodiè nautis familiare est, qui chalare velum dicunt. Turneb.

Chalta, *vid.* Caltha.

Chalta *alpina, seu Chrysanthemum latifolium, Alysma, plantago alpina,* Mutter-Wurtz/ Wolverley. Lob. Dioſc. &c

Chalybs, *chalybis, m.* (a) *ferrum optimè purgatum,* Stahl.

b *Chalybs* pro *opere ex chalybe facto,* ut: *Lethifer chalybs,* i. e. *gladius,* ein Schwerd/ Degen. Valer. l. 6. Argonaut.

Strictus chalybs, i. e. *ensis.* Senec. Thyeſt.

c *Chalybes, Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium* Straboni & Plinio, *qui ferro cæteris præstare dicuntur.* Virgil. 1. Georgic.

Chamæ, *species concharum.* Galen. libr. de cib. bon. & mal. ſucci.

Chamæacte, *es, ſambucus humilis est Græcis χαμαάκτη, Latinis ebulus,* Niederholder/ Attig. Ruell. l. 1.

Chamæbalanus, *glans terræ, nonnullis Apios,* (vid. ſupr.) *nonnullis pseudoapios,* Erd-Nüſſe, Erd-Feigen/ Erd-Mandeln/ Erckeln. Matthiol.

Chamæceraſus, *ex ceraſorum genere humilima terna raro altitudinis cubita excedens,* wilder Kirſchen-Baum. Plin. l. 15. c. 25. & Matthiol.

Chamæciſſus, *χαμαίκισσος, he-*

dera humilis vulgaris, corona terræ, Gundelreb/ Grundreb/ Grundmann / Erdepheu/ Donnerreb / Gundermann. Matth. Dod. Tab. &c.

Chamæclema, id. ac *Chamaciſſus.*

Chamæcyparisſus, *dicitur aliis nominib⁹ herba cupreſſus, Santolina altera, abrotanum fœmina, Santonicum minus, Abſinthium marinum,* Garten-Cypreß. Matthiol. Cluſ. Tab. Cord &c.

Chamædaphne, *χαμαιδάφνη,* (a) *Laureolam marem vocant, differt à Daphnoïde, quæ laureola est, ſingulari rectoq; caule,* Kellers-Halß. Matthiol.

b *Chamædaphne* pro *vincapervinca.* Plin. l. 21. c. 11.

Chamædroides, *herba aliàs dicitur Teucrium pratenſe ſive ſpurium, Pseudo-Chamædrium,* wild Gamanderle. Pancov.

Chamædris, *ſive Trixaxo, Triſſago, quercula Calamandrina,* Gamanderlein / kleine Bathengel. Matthiol. Schröder, Pharm.

Chamædris, *est vel mas, vel fœmina.* ibid.

Chamæſicus, kleiner Feigen-Baum. Matth.

Chamæiris, kleine Veiel-Wurtz/ Matthiol.

Chamælea *Germanica, ſive Laureola, daphnoïdes,* Kellers-Halß/ Scheiß-Lorbern. Dodon. Matth. &c.

Cha-

Chamæleon, *onis, m. herba,* ut: (a) *Chamæleon albus,* weiſſe Eber-Wurtz. Matth.

b *Chamæleon niger,* ſchwärtze Eber-Wurtz. *vid.* Carlina.

Chamæleon, *ontis, m χαμαιλέων,* (a) *animal est Indicum, figurâ & magnitudine lacertæ: Coloris naturâ mirabilis: mutat namq; eum ſubinde & oculis, & caudâ, & toto corpore: redditq; ſemper, quem proximè attingit, prater rubrum candidumq;.* Plin. l. 8. c. 3. Solin. cap. 43.

b *Chamæleon,* pro *homine verſipelli ſive inconſtante, ac pro tempore ſeſe vertente in omnem habitum.* Alciat.

Chamæleos, *inter cancrorum numeratur genera,* à Plin. lib. 33. cap. ult.

Chamæleuce, *es, herba, quæ Tuſſilago dicitur: Naſcitur ſecus fluvios, folio populi, ſed ampliore,* Plin. l. 24. c. 15. *Hanc hodiè ignotam esſe, ſcribit* Matthiolus.

Chamæmelum, *vid.* Chamomilla

Chamæmyrſine, *χαμαιμυρσίνη, frutex, ex quo ſcopæ fiunt apud Italos, aliàs Ruſcus, nonnulli ſylveſtrem vocant myrtum.* Plin l. 23. c. 9.

Chamæpeuce, *es, χαμαιπεύκη, herba est, folia habens laricis foliis ſimilia, lumborum & ſpinæ doloribus propria.* Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæpitys, *yos, χαμαιπίτυς, Ajuga, abiga, arthetica, arthritica, iva arthetica,* Schlaff-Kräutlein/ je länger/ je lieber.

Chamæpus, *χαμαίπους,* apud Græcos dicebatur *ſponſa, quæ curru non ſubvehebatur, ſed pedibus, mariti domum petebat. Moris enim erat apud eos,* ſicut Pauſanias ait, *ut ſponſa locaretur in nuptiali curru, ſponſo & neceſſario affini juxtà comitante, quem parochum vocant: Cujus axem pro foribus incendebant, ut ſignarent, illam ibi perpetuò manſuram, neq; ullâ tempeſtate inde receſſuram.* Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5.

Chamærrhipes, Chamærrhiphes, *χαμαιρρίφης, est humilis, arbor ex ſpecie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia naſcitur, folio latiore ac molli,* kleine Palmen. Plin. libr. 13. cap. 4. Matthiol.

Chamærops, *opis, χαμαίροψ, herba est, myrteis foliis geminis circa caulem.* Plin. l. 26. c. 8. Ruellius *esſe eandem exiſtimat, quam à Mithridate, inventore Mithridation, appellant.*

Chamæſyce, *χαμαισύκη, quaſi ficus humilis, herba est, lentis folia habens, nihil ſe attollentia, in aridis petroſisque naſcens.* Plin. l. 24. c. 15.

Chamætera, *æ, χαμαιτέρη, parva ſecia, Chamæterides enim à*

Græ-

Græcis *dicuntur humiles & depressæ imagines, quales sunt servarum & pedisseq́varum, qvæ ferè humi sedentes singuntur, harum meminit* Plin. libr 36. cap. 5. *Fortè scribendum* Chametæra, χαμετύρα, *qvæ est scortum, vile & abjectum.*

Chamæzélon, χαμαίζηλον, *herba,* (a) *qvam qvidam eandem esse credunt cum gnaphalio.* Plin. l. 27. c. 10.

b *Chamæzeli genus & aliud est, qvod pentaphyllon à* Græcis, *& à* Latinis *qvinqvefolium appellatur,* Fünff Finger-Kraut. Plin. l. 25 c. 9.

Chamulcus, *i*, χαμυλκὸς, *erat machina & instrumentum, qvo naves trahebantur in terram.* Poll.

Chamæmilla, Leucanthemum, Chamemelum, Chamillen/ Hermelgen.

Chamus, *i.* χαμὸς, (a) *genus frani,* Zaum-Gebiß am Zaum.

b *Chamos, idolum, qvod alio nomine Beelphegor dicitur,* ut inqvit Hieronymus.

Chaonia, *æ. f. pars Epiri, hinc:*

Chaonius, *a, um,* ut: *Chaonii campi.* Virg. 3 Æneid.

Columbæ Chaoniæ, dictæ ab Epiri parte, in qva, (ut Poetæ fabulantur) *columbæ olim reddebant oracula in Dodona sylva.* Virg. Eclog. 9.

Chaonis, *vid.* Chaus.

Chaos, *n.* τὸ χάος, (a) Physicis &

Theologis *dicitur Principium materiale, in qvo conventum initiò omnia corpora naturalia.* Moses vocat *abyssum,* תְּהוֹם *tenebras,* חֹשֶׁךְ & תֹּהוּ וָבֹהוּ *vacuum & inane, in qvo nihil erat distinctum; convenit qvodammodo cum prima materia Physicorum Chymici vocant Iliasten. vid* Iliasten. Hesiodus, citante Festo, *appellat chaos confusam qvandam ab initio unitatem hiantem, patentemq́ in profundum. Hinc:*

Ante mare & terras, & qvod tegit omnia cœlum,
Unus erat toto natura vultus in orbe,
Qvem dixêre chaos, rudis indigestaq́ moles. Ovid. I. Metamorph.

b *Chaos* pro *inferno.* Virgil. 6. Æneid. *it.* Stat.

Chara, *genus radicis, qvod admistum lacte multùm inopiam levat: id similitudinem panis efficiebat.* Cæsar. 3. bell. civil.

Characatus, *a, um,* (à χάραξ, ακος, ὁ *palus, cui vitis alligatur; pedamentum, statumen*) ut: *Characata vinea,* Weinberge/ darinn die Reben an die eingeschlagene Pfäle angebunden. Colum. l. 5. c. 4

Characias, *æ,* χαραχίας, *genus tithymali,* eine Art der Spring-Wurtz. Plin. l. 26. c. 8.

Cha-

Character, *eris, m.* χαρακτὴρ, *signum, insigne, sive forma & figura,* ein Kennzeichen/ ein Zeichen / ut: (a) *Nec minùs majora qvadrupedia charactere signari debent.* Columell. l. 11. c. 2.

b *Character,* apud Oratores *est nota, ostendens Genus seu stylum dicendi, qvi triplex est* 1. *Tenuis,* 2. *Mediocris, &* 3. *Grandis.* Gell. l. 7. c. 14.

c *Characterem* Scholastici *opinati sunt, esse spiritualem qvandam animæ in baptismo impressionem, ceu signum.*

d *Character, figura vel signum, vel forma expressa literarum præcipuè* l. 23. §. 5. ff. de Testament.

Characterismus, χαρακτηρισμὸς, *designatio, qvando per Periphrasin ab externa aliqva nota seu signo qvempiam describimus,* ut est apud Juvenalem: *Et calvo serviret Roma Neroni,* i. e. Domitiano

Charadrius, χαραδρὶος, *nomen avicula. vid.* Rupex.

Charantia, *æ, f.* Balsam-äpffel. *vid.* Balsamine.

Charax, *ácis, m. vallum,* χάραξ, ακος ὁ. *nam* χάραξ ἡ. *pedamentum,* ein Wein-Pfal / *significat, vide* Characatus. Col.

Charientismus, χαριεντισμὸς, *urbanitas, lepos & venustas sermonis. Est* species Ironiæ, *cum lenibus verbis tumultuantem sedamus adversarium,* ut:

Heus! bona verba qvæso. Ter. Sic Hebr. חַס וְשָׁלוֹם *parce, & pax,* Ey/ tröste nicht so übel / es wird noch alles gut werden.

Charientologia, *æ. f. dicitur, cùm joco-seria tractamus;* i. e. *seriis joca admiscemus.*

Charini, *olim dicti sunt nummi, vel stateres aurei, à Charino Imperatore signati. Nam ut Philippi nomen habebant solidi aurei à Philippo signati, sic consentaneum est, formâ Charini signatos fuisse, qvi Charini nomen haberent.* Ausonius.

Cariophyllum, *sive* Caryophyllum, *vid.* Caryophyllum.

Charis, *charitos. f.* χάρις, *Latinè, gratia, festivitas, beneficium, munus, remuneratio, voluptas.*

Charisma, *atis, n.* χάρισμα, *gratia, munus.*

Charistia, *æ, f.* χαρίστια, *apud veteres festa erant, ad qvæ simùl conveniebant omnes, qvi vel sangvine, vel cognationis qvocunq́ gradu, invicem juncti erant, & defunctis jam amicis, ut avis, atavis, abavis, sacra faciebant, eosq́ thure & honorib⁹ divinis venerabãtur, qvi & ipsi qvoq́ egressi, sepulcris, sacris interesse credebantur, horum meminit* Ov. 2. Fast.

Charitas, *atis. f.* (a) *dicitur amor, qvo homo complectitur hominem,* die Liebe/ Wolgewogenheit/

heit/ut *Charitas, quæ est inter natos & parentes, dirimi, nisi detestabili scelere, non potest.* Cic. de Am.

Charitate alicujus flagrare, einen sehr lieben. Curt. 232.

b *Charitas, in genere est virtus ordinans omnium virtutum actus, primariò ad cultum divinum; secundariò ad commodum proximi, quippe quæ secundum legem Deum & proximum amet.*

c *Charitas in specie est virtus Theologica, quâ Deo unione quâdam spirituali per fidem adhæremus.*

Charites, *f. pl.* χάριτες, *ων*, *seu Gratiæ beneficiorum deæ, quarum tres fuerunt fictæ:* (1.) Aglaja, ἀγλαΐα, *quæ vox significat splendorem, honestatem, dignitatem.* (2.) Thalia, θαλία, i. e. *convivium, epulum.* (3.) Euphrosyne, εὐφροσύνη, *latitia, item liberalitas. Pingere hasce solebant juvenes, ne beneficii memoria senescat; Ridentes, quod hilariter dandum sit; porrò ut una earum aversam faciem teneret, quasi á nobis profecta: Duæ verò nos aspicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Præsentabantur nudæ, quod beneficia fuco carere debeant; Connexæ, quod insolubiles esse Gratias deceat. Tradunt etiam, eas in Acidalio fonte lavari, quòd pura esse beneficia oporteat.* Eur. Nat. Com.

Charitoblepharon; χαριτόβλεφαρον, *frutex est circa Troglodytarũ regionẽ nascens, efficax in amatoriis.* Plin. l. 13.

Charitonius, *a, um,* sich freundlich uñ lieblich stellend/holdselig. Lucret.

Charon, *ontis,* χάρων, *Ethnicis fingebatur nauta inferorum, per Styga & Acherontem animas transvehens.* Ovid. & Virg.

Charonéum, χαρώνειον, *porta erat Athenis in nomophylacio, per quam damnati ad ultimum ducebantur supplicium, & Charònia scala dicebantur, ex quibus idola seu simulacra destinabant in theatris.* Cæl. Rhod. l. 8. c. 8.

Charonéa, *orum, pl. n.* Geographis *dicuntur barathra quædam & Plutonia, fœdos aliquos odores exhalantia.* Laert. in Zenone.

Charta, *æ, f. Papyrus est appellata, quod scilicet ex papyro fieret. Posteà verò id genus charta inventum, quo nunc utimur, fitq; ex linteolis contritis,* Papier/ut: (a) *Charta bibula,* Druck-Papier/Lesch-Papier.

Charta usu maximè humanitas vita constat & memoria, vermittelst des Papiers leben wir/als die Menschen/und haben ein Gedächtnis. Plin. lib. 13. cap. 11.

b *Charta* pro *libris,* ut: *Docta & laboriosa charta,* gelehrte und mühsame Schrifften. Petr.

c *Chartâ dentatâ rem agere,* durch spitzig-uñ scharffe Schreiben eine Sache treiben. Cic.

d *Charta membrana,* Pergamen. l. 52. ff. de leg. 3.

e *Charta pura,* rein weiß Papier / darauff noch nichts geschrieben oder gedruckt/ut *Quid ergò, si quis chartas legaverit puras? membranæ non continebuntur: neq; cætera ad scribendum materiæ.* l. 52. §. 4. ff. de leg. 3.

f *Charta* pro *lamina,* ut: *Charta plumbea,* eine bleyerne Blatte. Sveton. in Neron.

g *Charta lusoria.* Charten-Spiel/eine Charte.

h *Charta virgo, quæ nunquam peperit,* hoc est, *quæ nunquam transscripta est.* Martial.

Chartaceus, *a, um,* papierin/ ut: *Codices chartacei,* papierne Bücher. l. 52. ff. de leg. 3.

Chartarius, *a, um,* idem ac *Chartaceus.*

Chartiaticum, *merces, quæ officialibus præstabatur pro charta.* l. 6. ff. de bon. damnat.

Chartophylacium, *ii, n.* χαρτοφυλάκιον, *scrinium, in quo libri & scriptura reponuntur,* Bücher-Schranck/Brief-Kaste/Brief-Gewölb/das Archiv. *vid.* Archium.

Chartophylax, *vid.* Registrator.

Chartula, *æ, f.* ein Papierlein/Brieflein. Cic.

Chartularius, *ii, m. nomen officii erat,* ut: (a) *Chartularii quidam de cohortalibus officiis largitionales titulos retractabant.* l. 3. in princ. C. de Can. larg.

b *Chartularii quidam Numariis operam dabant.* l. 10. C. de Num. action.

c *Chartularii etiam Magistri equitum & peditum memorantur.* l. 5. C. de divers. off. & appar.

Charus, *a, um,* (a) idem, qvod *gratus, animo devinctus,* lieb uñ angenehm/*ex Græc.* χάρις, *gratia,* ut: *Quem tibi charum esse, gaudeo,* über den/daß er dir lieb und werth ist/ freue ich mich. l. 2, 15.

Quam ego animo egregiè charam pro uxore habuerim. Terent. Andr. 1, 5, 38.

b *Habere aliquem charum,* einen lieb und werth haben/ut: *Omnes suos, etiam quibus irascitur, charos habet, me quidem ipso chariorem.* l. 10, 13. Att.

Charybdis, *is, f.* (a) *Est locus maris perculosus nautis,* ein gefährlicher Orth im Meer/ut: *Evitatâ Charybdi in Scyllam incidere,* est *vitare malum aliquod, & incidere in gravius,* aus einem Unfall in einen grössern gerathen. Erasmus.

b *Charybdis* pro *malorum curarumq; congerie,* ut: -- *Ah miser! quanta laboras in Cha-*

rybdi? Ach du Elender/in welchen Sorgen und Engsten steckest du doch? Hor. Od. 27, 4.

Chasma, atis, n. χάσμα, (a) hiatus, fissura, vasta vorago, eine Klufft / ein grosser Spalt/ ein Erd-Fall/ut: *Si chasmate agri portio perierit, debebit dis per censitorem relevari.* l. 4. ff. de censib. l. 47. §. 6. de leg. 3.

b *Chasma est meteorum emphaticum, in nere apparens, tanquam fovea quædam & vorago, in medio nigra, in extremitatibus illustrata, quia partes nubis medio densiores sunt, quàm extrema,* auffgethaner Himmel.

Chasmaticus, a, um, ut: *Chasmaticus terræ motus, cum movente se terra hujusmodi hiatus existunt.* Ammian.

Chaus, i, *cervarius lupus*, ein Luchs. Plin. l. 8. c. 19.

Chebuli, *est species Myrobalanorum. vid.* Myrobalani.

Cheiri, *vid.* Keyri.

Chelæ, arum, χηλαί, (a) Krebs- oder Scorpion-Scheeren.

b *Scorpii brachia, anterior scilicet pars Scorpii signi cælestis* Virgil. 1. Georgic.

c *Chelæ sunt, quæ marinis opponuntur fluctibus, ne undarum impetu violentiore, perpetim assultante, convellantur aggeres,* Wasser-Bolwerck/ Währ.

Chelidon, ónis, χελιδών, *hirundo*, eine Schwalbe.

Chelidonia, æ, f. (a) *inter ficorum genera recensetur* Plinius libr. 8. cap. 18.

b *Chelidonia vocatur Favonius ventus, eò, quòd hirundines apparere soleant, cùm flat Favonius.* Plin. l. 2.

c *Chelidonia, est genus Aspidis.* Galen.

b *Chelidonia sive Chelidonius lapis*, Schwalben-Stein. Boët. de Boot.

c *Chelidonia herba, vid.* Chelidonium.

Chelidonium, ii, n. (a) *Tauri promontorium.* Plin. l. 5. c. 27.

b *Chelidonium, herbam notat*, ut: *Chelidonium majus*, Schell-Wurtz / Schell-Kraut/ groß Schwalben-Kraut/ Goldt-Wurtz.

Chelidonium minus, sive ficaria & scrophularia minor, Chelidonia rotundifolia minor. Feig-Wartzen-Kraut / klein Schell-Kraut/ Meyen-Kraut/ Scharbocks-Kraut. Matth.

c *Chelidonium capnites, sive Corydalis Galeni, fumaria lutea montana, herba Sclavonica*, Schlavonischer Erd-Rauch. Matth.

Chelidonius, ii, m. *Lapis, vid.* Chelidonia. (d)

Chelonia, æ, f. *est oculus Indica testudinis, quem Magorum vanitas tradidit linguæ impositum, futurorum divinationem præstare.* Plin. l. 37. c. 10.

Chelionia, orum, *vel Chelonaria di-*

cuntur retinacula, in quibus fucula vertitur, die Löcher/ darinn der Well Baum/ Haspel oder Rolle/ gehet. Vitruvius.

Chelonites, *lapis, Bufonites, Batrachites, Borax*, Krötten-Stein.

Chelonium, ii, n. *tegumentum testudinis*, Schnecken-Hauß-lein / Schale von einer Schild-Kröten.

Chelonophagi, orum, pl. m. *qui testudinibus vescuntur*, die Schild-Krötten essen/ Schnecken-Fresser. Plin. l. 6. c. 25.

Chelydrus, i, m. *serpens non multum aspectu distans à Chersydro, serpente, fumum quà serpit emittens*, eine Eich-Schlang/ Wasser-Natter. Lucan, lib. 9. Virg. 3. Georg.

Cheline, *labrum superius dicitur, ut nonnulli existimant: quanquam alii in ambitu positam partem, eo vocabulo intelligere malunt. Unde* Chelinidæ *nuncupantur, quibus ea grandior est portio.* Cæl. Rhod. l. 3. c. 31.

Chelys, χέλυς, (a) *Testudo*, eine Schnecke.

b *Chelys* pro *Cithara, quod Mercurius Citharam primus ex testudine fecerit, quam Nilo decrescente in littore repererat*, eine Harpffe/ Laute/ut: *Canora chelys.* Senec. Troad.

Chemia, *vid.* Chymia.

Chemosis, χήμωσις, *morbus oculorum*, est, *quando palpebræ quasi inverteruntur, nec claudi possunt, albumq; suprà oculi nigrum intumescit.* Jonston.

Chenalopeces, χηναλώπηκες, *ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni.* Plin. l. 10. cap. 22.

Cheniscus, i, m. χηνίσκος, (a) *anserculus*, ein Gänßlein.

b *Cheniscus appellatur extremum puppis, quod ornatus gratia, ad anseris similitudinem effictum erat.* Apulejus.

Chenoboscium, ii, n. χηνοβοσκεῖον, *locus, ubi anseres aluntur*, ein Gänse-Stall. Col. l. 8. c. 14.

Chenomychon, χηνόμυχον, *herba, ad cujus aspectu expaveſcunt anseres.* Plin. l. 21. c. 11.

Chenopus, χηνόπους, *pes anseris, herba ab effigie anserini pedis sic dicta.* Plin. l. 11. c. 8.

Cheopina, æ, f. *mensura est liquidorum; dimidia pinta capax. Tantum enim capit, quantum sitibundus homo uno assumere posset haustu.* Budæus.

Cheramydes, *lapidis preciosi genus, qui*, ut Strabo l. ultim. refert, *in Mauritaniâ campestribus nascitur*; Plinius libr. 37. cap. 10. scribit ita: *Cheramydes eadem esset, quam ostracitem vocant, nisi quod hanc cærulea interdum bullæ cingunt.*

Cheria, *à quibusdam appellatur raphanus sylvestris, quem La-*

tini Armoraciam appellant. Ruell. l. 2.

Chermes, *vid.* Kermes.

Chernips, *aqua apud veteres dicebatur, quâ expurgari adeuntes ad sacra soliti erant.* Serv.

Chernites, *genus lapidis ebori similimum, in quo condebantur corpora.* Plin. l. 36. c. 17.

Cherſina, *æ, f. genus teſtudinis.* Plin. l. 9. c. 10.

Cherſonéſus, χερσόνησος, *ſive* Cherroneſus, *i, f. peninſula,* eine halbe Inſul / ut: *Cherſoneſus Cimbrica,* Dennemarck.

Cherſos *ſive* Cherſon, χέρσος, *propriè terra inculta dicitur.* Mart. l. 1.

Cherſydros, *vid.* Chelydros.

Cherubus, *eſt alata imago, ſimilis juveni. In Scriptura ſacra vox legitur* pro *Angelo & ſpecie Angeli, qui ut alatus juvenis pingitur, ad ſignificandum robur, & velocitatem in expediendis Dei juſſis.* Martin.

Cherubim, *Angeli, vel Angelorum imagines.*

Chia, (a) *ſive chia ficus, eſt ficus ſpecies, grato quodam ſapore palatum pungens, vinique veteris ſaliſque referens ſaporem.* Martial. l. 7.

b *Chia terra, eſt albida terra, ſive cinericia, Samia ſimilis, qua cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat.* Dioſc. l. 5.

Chiliarchus, *i, m. qui præeſt mille militibus,* ein Hauptmann über tauſend.

Chilias, *adis, numerus millenarius,*

Chiliaſtæ, *Hæretici quidam fuerunt, ſic dicti propter illud ex ſacra pagina:* Una dies apud Dominum, ut mille anni, & mille anni, ut una dies. *Hoſce Milliarios interpretatur Auguſtinus, ut refert* Cæl. Rhod. l. 1. c. 14.

Chiliodynamis *vel* Chiliodyname, Plinio *herba eſt, quæ alio nomine Polemonia dicitur, à Regum certamine, qui ejus inventionem ſibi certatim vendicavere; Cheliodynamis autem à Cappadocibus dicta eſt propter varios in Medicina uſus.* Plin. l. 25. c. 6.

Chiliophyllō, *vid. Achillaris herba.*

Chilo, *dicitur cognomento à magnitudine labrorum* Feſtus, χείλος *enim labrum ſignificat.*

Chilus, *vid.* Chylus.

Chimæra, *æ, f.* (a) Homero *animal indomabile, neq; humano, ſed divino genere ortum.* Heſiod. in Theogon. *Chimæram triforme monſtrum deſcribit:*

Antè leo, retrò q; draco, mediumq; capella eſt.

b *Flammis armata Chimæra* Virgil. 6. Æn. *hunc locum* Servius *explicans: Revera,* inquit, *mons eſt Lyciæ, cujus hodiè ardet cacumen, juxta quod ſunt leones, media autem paſcua ſunt; ima verò montis ſerpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem faciſſe fertur, unde Chimæram occidiſſe dicitur.*

Chimaſtrum, χείμαστρον, *veſtis eſt ruſticorum, qua hyeme utuntur.* Poll. l. 7. c. 13.

Chimerinus, *non à Chimæra dicitur, ſed Græca vox eſt;* χειμερινὸς *enim hybernus dicitur; eſtq; autem hyemalis circulus cœli, qui tropicus Capricorni dicitur, cujus principium, cùm Sol attingit, dies eſt breviſſimus.* Mart.

Chimetla, χίμετλα, *ulceroſa affectiones ſunt in manuum digitis ac pedum, hyemali tempore provenientes.* Paul. l. 3. Med. & Cæl. l. 4. c. 11.

China, *ſive Chinna, Chinæ radix,* Bocken-Wurtz. Veſalius.

Chiræ, *vocantur ruptura, quæ fiunt in pedibus.* Cæl. l. 4. c. 12.

Chiragra, *æ, f. dolor manuum,* das Zipperlein an Händen / ut: *Nodoſa chiragra.* Hor. 1. Epiſt.

Chiragricus, *i, qui laborat Chiragra.*

Chirembolon, χειρέμβολον, *ſignificat,* ut Alciato placet, *manus immiſſionem.* l. 1. §. 4. ff. nautæ, caupones, &c.

Chiridota, χειρίδωτη, *veſtis dicitur, quæ manicas habet longiores, & propè uſq; ad digitos, has veſtes Plautus nominat manuleatas,* Gell. l. 7. c. 12.

Chirographus, *i, m. &* Chirographum, *i, n. eſt* (a) *pictura ex manu propriâ, quam etiam Autographum appellant,* eine Hand-Schrifft. Svet. in Auguſt.

b *Chirographum eſt, cùm duo paciſcentes duas ſcripturas ſub eadem forma verborum inter ſe conficiunt, & mutuò ſibi tradunt: vel dicitur inſtrumentum, ſeu illa litera, in qua debitor confitetur, ſe eſſe obligatum creditori.* l. 44. §. 5. ff. de leg. 1.

c *Chirographum inane dicitur, quando debitum eſt perſolutum.* l. 18. ff. de Solut.

Chirographarius, *a, um,* ut: (a) *Chirographarius creditor dicitur, qui ſibi Chirographo cavit,* ein Gläubiger / welcher durch eine Handſchrifft verſichert iſt. l. 38. ff. de Privil. creditor.

b *Chirographarius debitor, qui ſuâ manu creditori cautionem dedit,* ein Schuldener / welcher ſich mit eigener Hand verſchrieben. l. pen. C. de novat.

c *Chirographaria pecunia, quæ ſine pignore per chirographum ſolum debetur.* Cod. etiam ob Chirograph.

d *Chirographaria actio dicitur, quæ ex chirographo naſcitur.* Prat.

c *Chirographaria inſtrumenta.* l. 17. C. ſi certum pet.

Chiromactron, χειρόμακτρον, *pitis ornamentum, aut* (ut alii dicunt) *mantile,* Bayf. de re veſt.

Chiromantia, *æ, f. divinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet.*

Chiromantis, χειρομάντις, *qui, lineis manuum inspectis, futura noscere se profitetur.*

Chironeon *vel* Chironion *herba est tertium genus panacis,* Sonnen-Blume. Plin. l. 25 c. 4. *it.* Matth.

Chiron, *onis, m.* (a) *Centaurus Saturni & Philyræ fingitur filius. Huic autem à Thetide Achilles puer commendatus, quem ipse simul & Æsculapium nutrivit & docuit.* Hic (ut autor est Plinius l. 7. c. 56.) *herbarum vires & medicamenta reperit.*

b *Chiron, sidus cœleste, vid.* Sagittarius *vel* Arcitenens.

Chirones *vel* Sirones, *sunt pustulæ in volis manuum vel plantis pedum, vermiculos intus habentes.* Jonst.

Chironia, *genus vitis, quæ ampelos dicitur, à Chirone inventa.* Plin. l. 25. c. 4.

Chironomus, *i, m.* χειρονόμος, *qui certâ quâdam lege manus motitat ita, ut concinnè gesticuletur. Hinc:*

Chironomia, *æ, f.* (a) *Saltatio gesticulatrix est,* ein possierlicher Tantz.

b *Chironomia, lex est gestûs, Oratori necessaria, de quâ* Quintilianus *præcipit.* l. 1. c. 18.

Chiroscopus *est, qui arte chiromantica pollet.*

Chirotheca, *æ, f. manuum tegmen,* ein Handschuch.

Chirothesia, *est impositio manuum in benedictione, ut in ministris Ecclesiæ ordinandis, pueris baptisandis, & copulatione conjugum.*

Chirurgia, *æ, f. est ars, quæ medica & artificiosa manu morbos externos curat,* die Wund-Artzeney-Kunst.

Chirurgicus, *a, um,* ut: *Chirurgica instrumenta,* Barbier-Werckzeug.

Chirurgica remedia, vel medicamenta, Wund-Artzeneyen.

Chirurgus, *i, m. qui chirurgiam exercet,* ein Wund-Artzt/ Barbierer.

Chirydra, χειρύδρα, *terræ ruina sive fissura, quam aqua pluvia torrens, aut terræ motus efficit.*

Chiton, *onis, m.* χιτών, ῶνος, *tunica, sagulum.*

Chitonium, *ii, n.* idem.

Chitoniscus, *camisia, indusium,* ein Hembd. Pollux l. 7. c. 13.

Chlæna, *æ, vestimenti genus, vid.* Læna.

Chlamys, *ydis, f.* (a) *paludamentum, vestis militaris,* ein Reit-Rock/ ein Mantel. Virg. *hinc:*

Chlamydula, *æ, f.* idem.

b *Chlamys inter puerilia vestimenta numeratur ab* Ulpiano l. 23. §. 2. ff. de auro & argent. leg.

Chlamydatus, *a, um, clamyde indutus.* Cic.

Chli-

Chlidones, χλιδῶνες, *Brachialia, ut exponit* Suidas; Pollux *ponit inter ornamenta manuum & pedum,* lib. 5. c. 16. & *simpliciter inter ornamenta muliebria.* l. 7. c. 22.

Chlorion, *genus avis,* ein Wieden-Wahl/ ut: *Chlorion totus est luteus, hyeme non visus, circa solstitia comparere consuevit.* Plin. l. 10. c. 29.

Chloris, χλωρίς, (a) *filia Amphionis, Nelei uxor, cui peperisse Nestorem & alios filios dicitur.* Homerus.

b *Chloris, dea florum, quæ cùm nympha esset, non ignobilis, & Zephyro nuberet, quasi dotis loco id muneris à marito accepit, ut florum omnium potestatem haberet, unde apud* Ovid. l. 5. Fast.

Chloris eram, quæ Flora vocor
corrupta Latino
Nominis & nostri littera
Græco sono.

c *Chloris avis,* ein Grünling/ Grün-Finck.

Chlorites, *gemma herbacei coloris est, quam dicunt Magi inveniri in motacilla avis ventre, ferroque includi jubent, tanquam ad quædam prodigiosa miracula utilem.* Plin. lib. 37. cap. 10.

Choa *sive* Chus, *mensura genus apud Græcos, Romanum capiens congium,* hoc est, *sextarios sex, sive cotylas Atticas duodecim.* Bud. de Asse.

Choaspites, *gemma, à flumine dicta est, fulgoris aurei.* Plinius l. 37. c. 10.

Chœnicium, χοινίκιον, (a) *modiolus rotæ, cui axis immittitur.* Matth. Martin.

b *Chœnicium est instrumentum chirurgicum, quo minora ossicula execant.* Cels. l. 8. c. 3.

Chœnix, *icis, f.* (a) *dimensum & cibus diurnus, eo pacto* Laertius & Suidas *interpretantur.*

b *Chœnix, nomen mensuræ duos capiens sextarios, hâc mensurâ servis olim frumentum in cibum administrabant.*

Circumscriptivus *a um, ad circūscriptionem spectans, ut: Locus circumscriptivus dicitur, qvādo res aliqva corporea superficie alterius corporis clauditur.*

b *Circumscriptivum Individuum* est, e. g. *Apostolus Tarsensis* pro *Paulo.*

Circumscriptor *oris m.* est *deceptor*, ein Betrieger / ut: *Qvis totâ Italiâ venefícus? qvis gladiator? qvis latro? qvis sicarius? qvis parricida? qvis testamentorum subjector? qvis circumscriptor? qvis ganeo?* Cic. II. Catil. III.

Circumscriptus *a um*, i.e. *brevis.* Plin. in Epist.

Circumseco *secui sectum, are*, est *circumcidere*, umbher abschneiden / abnehmen / ut: *Tuberculum ferro circumsecare.* Columella.

Circumsecus, *Adverb.* allenthal-

halben darbey / umbhin. Apulej.

Circumsedeo *sedi sessum ere*, est *circundare*, umher sitzen / ut: *Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atq; amantissimi, præsentis mœrore non movear, horumq; omnium lacrymis, à quibus me circumsessum* (id est *circumsedentibus stipatũ*) *videtis*. Cic. 4. Cat. 2.

b *Circumsedere* est *obsidere*, belägern / ut: *Ut intelligat, non Brutum, quem vallo circumsedet, sed sepsum obsideri*. Cicero 10. Philipp.

Circumsepio *sepsi septum, ire, sepimento circundare*, umbzäunen.

b *Circumsepire* est *munire*, verwahren / *Armatus corpus circumsepsit*, Er hat sich mit einer Leib-Wacht verwahrt. Liv. 1. 11. c.

c *Gravissimis odiis ac periculis undiq; circumseptum esse*, In grossem Haß und Gefahr umb und umb schweben. Curt. 5i.

d *Circumsepta sylva*. l. 3. §. 14. ff. de acq. vel amittend. possess.

Circumsero *sevi situm, ere*, umhersäen. Plinius.

Circumsido *sedi sessum sidere*, idem qvod *circumsedere*. Liv.

Circumsigno *avi atum, are*, umzeichnen. Colum.

Circumsisto *stiti stitum sistere, invadere, irruere, & qvasi terrendo aggredi*, anfallen / bedrengen. Vall.

Circumsono *ui itum, are*, umbher lauten oder gehöret werden / ut: *Circumsonans undiq; clamor*. Liv. 7. Bel. Pun.

b *Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus undiq; circumsonare*. Ich halte es für gut / daß solche Wort allenthalben in deinen Ohren klingen mögen. Cic. 3. Offic.

Circumspectatrix *icis*, *f.* eine freche Dirne / ut: *Exeundum tibi hinc est foras, circumspectatrix oculis emissitiis* (mit deinen Falcken-Augen)! Plaut.

Circumspecte, *Adverb.* bedächtiglich / bedachtsam / ut: *Hoc parcius & circumspectius faciendum*, dieses muß mässig und bedachtsam gethan werden. Qvintil.

Circumspectio *onis*, *f.* Bedachtsamkeit. Cic.

Circumspecto *as are*, sich fleissig umsehen / hin und her sehen / ut: *In pastu circumspectant bestiæ*, Cic. de Nat. deor.

Alius alium circumspectat, Es sihet einer den andern an. Liv. 2. U. C.

b *Circumspectare rem aliqvam* pro *diligenter considerare*. Cic. in Pison.

Circumspectus *a um*, fürsichtig / wolbedacht / ut: *Verba non circumspecta*, unbesonnene Wort. Ovid.

Circumspectus *ûs*, *m.* das umbsehen / Betrachtung / ut: *Mali circumspectus*, die Betrachtung des Unglücks. Ov.

Circumspergo *sperси spersũ spergere*, umbstreuen / umbzetteln / bestreuen. Colum. l. 11.

Circumspicientia *æ*, *f.* pro *circumspectione*. Gell. l. 14. c. 2

Circumspicio *spexi spectum spicere, est huc atq; illuc oculos vertere & circumferre*, sich allenthalben umbsehen / ut: *Circumspicit, æstuat*. Cicero pro Rosc. Com.

b *Circumspicere homines*, (non *inter homines*,) sich unter den Leuten umbsehen / ut: *Circumspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines*. pro Syll.

c *Circumspicere diligenter*, sich fleissig umbsehen / Cic. 1. Ep.

d *Circumspicere* est *probe perpendere*, ut: *Circumspicite omnes procellas, qvæ impendent*, betrachtet fleissig alles Unglück / was umb und umb für Augen ist. Cic. 4. Catilin. 2.

Circumstantia, *æ*, *f.* eine Umbstände / ut: *Circumstantiæ* dicuntur, *qvæ in unaqvaq; controversia qværi solent, & qvasi qvæstionem circumstant*. Sip.

Ex circumstantiâ ducere argumenta. Qvintil. l. 5. 10.

b *Circumstantiæ* inter alia à Cicerone describuntur hoc pacto: *Qvid, qvando, qvomodo, & per qvos agendum sit, tu optimè constitues*, wie die Sachen anzugreiffen / wirstu am besten zubestellen wissen.

Circumstatio *onis*, *f.* der Umbkreiß, Gell.

Circumstipor *aris ari*, allenthalben umbgeben seyn / betrengt seyn. Claud.

Circumsto *as stiti stitum stare*, umbherstehen / umbgeben / ut: *Tribunal Prætoris circumstare*, umb den Richter-Stuel herstehen. Cic. 1. Catil.

Circumstrepo *strepui strepitum ere, strepitum in circuitu facere*, ein Geräusch rings umbher machen / umher sausen. Seneca.

Circumstruo *struxi structũ struere* rings umher bauen. Plin.

Circumsudo *as are*, umb und umb schwitzen. Plin. 14. c. 1.

Circumsuo *is sui sutum suere*, umbnehen / säumen. Plinius lib. 34. c. 16.

Circumtego *texi tectum tegere, circumcirca operire*, bedecken / wol verdecken / ut: *Cœlum circumtegit omnia*, der Himmel dedecket alles. Lucret.

Circumtexo *xui xtum, ere*, rings weis umbweben. Virgil.

Circumtondeo *tondi tonsũ ere*, umb und umb bescheern. Svet.

Circumvado *si sum, ere*, est *invadendo circundare*, auff allen seiten anfallen / mit Angrieff fassen. Livius.

Circumvagus *a um*, umbgehend / ut: *Circumvagus Oceanus*, das weite welt-Meer / so umb die Erde gehet. Horat.

b *Ætheria moles circumvaga flamma*, i. e. *Sol*, die Sonne, Ovid.

Circumvallo *as are*, eſt *vallo munire*, mit einem Wall umbgeben/ ut: *Oppidum oppugnare inſtituit, idq; biduo circumvallavit.* Cæſar.

b *Circumvallare* eſt *diſtrictum tenere*, & *impedire*, ut: *Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt*, ſo viel Dings überfället mich anjetzo gehlingen/ daß da keines Außkommẽs ſeyn kan. Ter. Adelph. 3. 2. 4.

Circumvectio *onis*, *f.* Umbführung. Cic.

Circumvecto *as are*, umherführen. Plaut. Rud.

Circumveho *vexi vectum vehere*, *circumportare*, umherführen/ ut: *Circumvehi claſſe*, auffeiner Schiff-Flotte umher fahren. Liv. 8. U. C.

b *Circumvectus equo*, reitend. Liv. 3. U. C.

Circumvenio *veni ventum venire*, eſt *circundare*, *ſepire*, umgeben/ ut: *Omnium operum magnitudinem circumveniunt cavernæ ingentes.* Curtius 850.

Vallo foſſaq; mœnia circumvenire, Saluſt.

b *Circumvenire aliqvem* eſt *inſidioſè & per fraudem ad capiendum aliqvem circundare*, einem hinterlistig und hart zusetzen/ einem mit Listen beykommen. Cic. l. 5. Ep. 1.

Circumverſor *aris ari*, hin und her gehen. Lucret.

Circumverto *is ere*, umbkehren/ umdrehen/ umwenden. ut: *Rotâ circumvertitur axem*, das Rad läufft an der Axe umb. Ovid. 15. Metam.

b *Circumvertere aliqvem argento* id eſt *dolo auferre argentum*, einen listiglich umbs Geld betriegen. Plaut. Pſeud.

Circumveſtio, *is ire*, umb und umb bekleiden/ bedecken/ umgeben. Plin.

b *Circumveſtire dictis*, mit Wortẽ bemänteln. Cic. 3. de Or.

Circumvincio *is vinxi vinctum vincire*, umbinden. Plaut. Ru.

Circumviſo *is ere*, allenthalben beſichtigen. Plaut.

Circumvolito *as are*, herumbfliegen. Virg. 1. Georg.

Circumvolo idẽ ac *circumvolito*.

Circumvolvo *is ere*, umwältzen/ umwinden/ in einander wickeln/ ut: *Magnum Sol circumvolvitur annum*, Virg. 3. Æn.

c *Serpentes adeò circumvoluta, ut una exiſtimari poſſit biceps.* Plin. 10. c. 62.

Circumvolutor *aris ari*, umbwältzen. Plin.

Circundo *dedi datum are*, umbgeben/ ut: *Circundare alicui horribiles cuſtodias*, i. e. *tribuere*, gräwliche Gefängnis einem zuerkennen. Cic.

Circundõlo *as are*, behobeln/ abhobeln. Plin. 16. c. 32.

Circumtõno *as tonui tonitum tonare*, ein Getön umher machen/ rauſchen. Horat.

Circumtrẽmo *is tremui ere*, erzittern/ ut; *Signis totus circũtremit æther*, der gantze Himmel zittert von Wunderzeichen. Lucret.

Circus *i*, *m.* dicitur *omnis ambitus* vel *gyrus*, ein Ring/ Kreiß/ ut: *---Mediâq; in valle theatri Circus erat.* Virgil. 5. Æn.

b *Circus* erat *locus muris ſeptus, in qvo equi pugilesq; exercebantur*, Tummel-Platz Cic.

Ciris, *vel* Cirrhis, *avis, in qvam Scyllam mutatam eſſe, fabulatur* Ovidius lib. 8. Metam.

Cirnea *æ*, *f. Vas vinarium patens ac rotundum, qvo vinum è cado hauritur; ut feratur ad menſam*, eine Schenckkanne. Plaut.

Cirratus *a um. capillatus.* Mart.

Cirrus *i*, *m.* (a) *Cirri dicuntur capilli contorti*, krauſe Haarlöcke. Varro & Cato.

b *Cirros habere dicuntur etiam aves in capite*, das Büſchlein ſo etliche Vogel auff dem Kopffe haben. Plinius l. 11. c. 37.

Cirſium, *herbâ idem ac buglosſum Italicum*, Wälſche Ochſezung. Matth.

Cis *Præpoſit.* idem qvod *citra jungitur montium & fluminum nominibus*, diſſeyt/ ut: *Cis Rhenũ*, diſſeit deß Rheins.

Ciſiarius *i*, *m. qvi ciſium agit*, ein Fuhrmann. l. 13. in princ. ff. Locat.

Ciſibilites *genus muſti in Galatia naſcens.* Plin. 9. c. 14.

Ciſium *i*, *n. genus vehiculi*, ein Roll- oder hauder-Wagen/ ut: *Decem horis nocturnis, ſex & qvinqvaginta millia paſſuum ciſis pervolavit*, er iſt auff Roll-Wagen in zehẽ Nacht-Stunden 56000. Schritt gefahren. Cic. prõ S. Roſc. 4.

Ciſpello *is puli pulſum ere*. id eſt *citra pellere*. Plaut.

Ciſrhenanus *a um. citra Rhenum habitans*; diſſeit des Rheins wohnend. Cæſar.

Ciſſus *hederæ genus, qvæ ſola ſine adminiculo ſubſiſtit; nec arboris aut muri alterius vè pedamenti eget ſuſtentaculo.* Plin.

Ciſſanthemos, *herba*, *al.* Ciclaminos *dicitur* Plin. l. 25. c. 9.

Ciſſites *æ*, *ge. nma candore inſigni*, Plin. 37. c. 10.

Ciſſymbium *i*, *n. ligneum poculum ex hedera*; teſte Siponti. no; Pollux autem dictum ait; *qvod id poculum paſtorale hederâ circundatum fuerit.*

Ciſta *æ*, *f.* (a) *vas vimineum*; ein Körb. Colum.

b *Ciſta ex aſſeribus conſtruitur, in qva pecunia, libri, & alia reponuntur*, eine Lade/ Kaſte/ Kiſte. Cic. 5. Verr.

c *Ciſtâ in judiciis erat, intrà qvã cerata ponebantur tabulæ in ferendis ſuffragiis*, Aſc. in Cic. div.

Ciſtella *æ*, *f.* ein Lädlein/ Körblein. Terent.

Ciſtellatrix *icis*, *f. ancilla, qvæ ca-*

nistrum fert hera. Plaut. Trin.

Cistellula *æ, f.* Kästlein. Plaut.

Cisterna *æ, f. locus, in quo colligitur aqua pluvialis,* Cistern/ Wasser-Behälter. Festus.

b *Cisterna imbribus concipiuntur.* l. 1. § 4. ff. de fonte.

c *Cisterna vini.* l. 21. § 5. ff. de furt. Wein-Behälter.

Cisternínus *a um,* ut: *aqua cisternina,* Cisternen-Wasser. Columella l. 12.

Cisticus *a um, ad vesicam felleam spectãs,* ut: *Cisticus ductus,* der Gallen-Gang zum Gedärm. *vide* Biliarius.

Cistifer *i, m.* Korb-Träger. Mart.

Cistophorus *i, m. species numismatis, cujus* Cicero & Livius *meminerunt; valuitq; tribus obolis cum semisse: Sic dictus, quod expressos haberet cistiferos, qui sacrorum arcana, cistis inclusa, gestarent.*

Cistula *æ, f.* ein Lädlein/Kistlein. Martial.

Citatim *Adverb. celeriter,* geschwind/fluchs/ ut: *Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.* Hirtius de bell. Afric.

Citatio *onis, f. in jus vocatio, vel invitatio,* Einladung/ Vorbescheid / Vorheischung / Vorgeboth. ut: *Citatio verbalis est, quã præco vel voce, vel edicto aliqvem in jus vocat.*

b *Citatio realis fit cum persona prehenditur, & in jus ducitur trahiturve, ing; carcerem conjicitur.* l. 8. C. qvomodo & qvando Judex.

Citatus *a um, celer,* geschwind/ ut: *Cursus citatus,* ein geschwinder Lauff. *Citati nautæ.* Propert. *Euro citatior,* geschwinder als der Wind. Sil.

b *Citatus vultus ira,* i. e. *commotus irã,* ein zornig Gemüth. Senec. Med.

Citeria *æ, f. effigies qvædam arguta & lqvax, ridiculi gratiã, qvæ in pompa vehi Romæ solita sit.* Festus.

Citerior *oris, c* näher hie diesseits/ Qvem locum vulgo dicit *propiorem,* cum tu eleganter dixeris *citeriorem,* ut. *Sum in expectatiõe omnium rerum, qvid in Gallia citeriore, qvid in Urbe geratur.* Ich warte mit Verlangen / zu vernehmen alles das jenige/ was diesseits in *Galliã,* und in der Stadt vorgehet. Cic. l. 10. Ep. 4.

Cithara *æ, f. instrumentum musicum,* eine Harpffe/Laute/ Cithar. Plin.

b *Cithara pro ipsa Musica & harmonia.* Virg. 11. Æn.

Citharista *æ, m. qvi citharam tantùm pulsat, nec etiam accinit,* ait Budæus.

Citharistria, *æ, f. qvæ citharã canit,* eine Harpffenschlägerin. Ter. Phorm.

Citharizo *as are,* auff der Harpfe

pfen spielen/ut: *Citharizare docere ab aliqvo,* auf der Harpffen lernen. Corn. 421.

Citharœdicus *a um,* ut: *Citharœdicus habitus,* Spielmännische Kleidung.

b *Citharœdica ars.* Plinius lib. 9. c. 8.

Citharœdus *i, m. qvi citharã canit,* ein Harffenist oder Lautenist / der darzu singt. Cicero.

Citimus *a um,* Superlat. *a citra,* allernechst darbey / ut: *Citima terris Luna,* der Mond ist der Erden am nechsten. Cic. in Somn. Scip.

Cito *as are,* propr. est *vocare,* beruffen. Plin. jun.

b *Citare est per præconem in jus vocare,* für Gericht laden/ vorheischen/ (Barbarè) citiren. l. 7. ff. de in integr. restit.

c *Citare* pro *recitare, aut nominare,* Cic. 2. de Fin.

d *Citare* pro *incitare,* ut: *Citare equum,* das Pferd anmahnen / dem Pferd die Sporen geben. Cæs. 3. bell. civil.

e *Citare urinam,* id est *urinam movere,* harnen machen. Celsus.

f *Citare* pro *enarrare.* Hor.

Citò *Adverb.* schnell / behend / fluchs/ von stund an. Plaut.

Citra *Præpos.* hieherwarts /diesseits / ut: *Citra flumen,* diesseit des Flusses. Cic. VI. Phil.

b *Citra* pro *sine,* ut: *Citra Senatus auctoritatem.* Svet.

Citra invidiam, ohne Neid. Plin. l. 7. c. 29.

Citra codicillos, pro *sine codicillis.* l. 41. ff. de Excusat.

c *Citra* pro *ante.* Sveton.

d *Citra,* Adverbialiter *in eãdem significatione,* ut: *Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.* Liv. 10. ab U. C.

Citrago *herba, vide* Apiastrum.

Citraria *æ, f. est species melissæ.* Matthiol.

Citreus *a um, qvod ex citro est,* ut: (a) *Citrea mensa.* Cic. 6. Verrin. l. 21. § 2. ff. de action. empt. & vend.

b *Citrea mala,* Citronen. Plin.

c *Citreum oleum,* Citronen-Oel. Plin. 23. c. 4.

Citrinus *a um,* ut: *Color citrinus,* Citronenfarb. Plinius.

b *Citrina ambra,* vid. Ambra.

Citrosus *a um,* ut: *Citrosa vestis, à colore sic dicta.* Festus. *Item* Macrob. lib. 3. Saturn.

Citrullus *i, m. vide* Anguria.

Citrus *i, f.* est *arbor exotica, per totum annum virens, fructũq; tenellum cum maturescente simul ferens,* Citronen-Baum.

Citta *æ, f. avis pica similis, ob coloris disparitatem, terram mandens.* Galenus.

b *Citta* dicitur *depravatus (prægnantium) appetitus. vide* Pica.

Cittampelos, *ἡ ἀμπελος herba, qvæ* Dioscoridi *helxine, &*

Officinis *parietaria dicitur.* Paulus Ægin. l. 6.

Citrosis *νίτρωσις, uvarum vinum est, cum acini à racemis delapsi pereunt.* Cæl. 6. c. 1.

Citus *a um*, geschwind / schnell / ut: *Cita navis*, ein schnelles Schiff.

Citi canes, flüchtige Hunde. Ovidius.

b *Citamors*, ein schneller Tod. Horat.

c *Alvus cita*, (der Durchlauff) id est *liqvida*, hujus contrarium est *alvus coacta.* Cels. l. 2.

Civicus *a um*, bürgerlich / ut: *Corona civica, qvam civis civi, à qvo servatus fuerat in prælio, testem vitæ salutisq; percepta, dabat; fiebat autem è fronte querna aut ilice.* Gell.

b *Bella civica*, innerliche Kriege. Ovid.

c *Arma civica, qvibus apud* Ovid. l. 1. Fast. *intelligitur peritia dicendi in judicio, qva vel accusamus, vel defendimus reos.*

d *Civica jura*, das Stadt-Recht / (Barb.) gemeiner Stadt Statuten. Horat. l. 1. Epist. 3.

Civilis *e, c. qvod ad cives pertinet*, Bürgerlich / ut: *Civiles curæ*, id est *cura de civibus, aut qvæ civem decent.* Horat

b *Bellum civile, sive arma civilia*, ein bürgerlicher oder / innerlicher Krieg. Cic. *it.* Claud. *Mars civilis.* Ovid.

c *Civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest*, ut ait Cajus, l. 8. ff. de capit. minut.

Civilis actio, vide Actio [n]

d *Civiles res*, id est *ad publicum pertinentes.* l. 2. C. de petit. bon. sublat.

e *Civile jus, nulla ratione differt ab eo, qvod gentium dicitur, qvam qvod unũ civium suorum; alterum omnium commune est hominum, utrumq; utilitatem eorum, qvibus imperat, spectans* Cic.

f *Civilis* pro *justo, æqvo, legitimo*, ehrlich / erbar. l. 5. C. de furt.

Civilitas *atis, f. qs. mos civilis sive urbanitas*, Erbarkeit / Höfflichkeit Sveton.

Civiliter *Adv.* bürgerlich / höfflig / erbarlich.

b *Civiliter*, est *ex institutо Juris Civilis*, ut: *Contendere civiliter.* l. 107. ff. de solut.

Civis *is, c.* est *persona legibus Civitatis obstricta, ejusdemq; privilegiorum particeps*, Ein Bürger / ut: *Qvi in Republica est hostis, is civis esse nullo modo potest.* IV. Catil. V. *Summi viri & clarissimi cives*, fürnehme Bürger. l. Cat. *Cives civibus parcere æqvum censetur*, daß ein Bürger deß andern schone / ist billich. Cornel. Nep. 246.

b *Concivis* vel *Sympatriota* illepidè dicitur, *qvem* Cicero *Civem* appellat, ut: *Valeant, inqvit Milo, valeant cives mei, sint incolumes, sint florentes.* pro Mil. *Servi mehercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuũt omnes cives tui*, &c. l. Catil.

Civitas *atis, f.* est *Civium communio*, vel *multitudo seu unitas in hoc collecta, ut jure societatis vivat optimo.* l. 2. ff. de Orig. Jur. *Jure Romano nemo potest duarum Civitatum esse civis.* pro Cecin. XXXVI *Civitas æqvissimo jure ac fædere*, eine Stadt darinnen gut Recht gehandhabet wird / und Trew und Glaube ist. Cic. pro Arch. 3.

b *Ascribi in civitatem aliqvam*, zu einem Bürger auffgenommen werden. ibid.

c *Civitate aliqvem donare*, einem das Bürger-Recht schencken. ibid.

d *Impertire alicui civitatem gratuito*, einem das Bürger-Recht ümb sonst geben. ibid.

e *Venire in dubium de civitate*, wegen des Bürger Rechts in Streit gerathen. pro Cecin. VII.

f *Civitatem alicui adimere*, das Bürger-Recht einem nehmen. ibid. XXXV.

g *In civitatem recipere aliqvem*, einen zum Bürger auffnehmen. pro Arch. IIX.

h *De civitate ejicere aliqvem*, einem das Bürger-Recht nehmen. ibid. IIX.

i *Amittere civitatẽ*, das Bürger-Recht verlieren / ut: *Amittitur civitas ascitâ alia.* Corn. 712.

k *Civitatis partes sunt novem:* I. *Agricola.* II. *Opifices.* III *Cauponarii.* IV. *Mercenarii.* V. *Propulsatores belli.* VI. *Hi, qvi jus dicunt atq; decernunt.* VII. *Opulenti & divites.* IIX. *Publicis magistratibus fungentes.* IX. *Consultores, & jus in controversiis assignantes.* Schard. in Lexico Jur.

CL *vel* C L I. *id est* Claudius. *Item* Conlibertus.

CL. V. *id est*, Clarissimus Vir.

CL. F. *i. e.* Clarissima Fœmina, *vel* Filia.

C. LDBL. Caussam laudabilem.

C. L. Caji Libertus, *vel* Caj' Libertus, *vel* Caja Liberta.

C M *id est* Comis.

C. ML. Centum Millia.

M. Civis Malus.

C. M C. v. CA. M. *Caussa mortis.*

C. M T. *Caussa mali tui.*

C. M T. *Crementum multum.*

CML. XII. *Camelos duodecim.*

Clabula *æ, f. vel* Clavola, *scissio lignorum, vel præsegmina.* Nonius, *it.* Varro de re rust

b *Clabula vehiculi genus.*

Clades *is, f. conflictus & mutua profligatio*, eine Schlacht / Niederlage. ut: *Funesta clades*, ein blutiges Treffen oder Schlacht. Senec.

b *Clades* pro *qvavis pernicie*, ut: *importat cladem discordia civilis*, bürgerliche Uneinigkeit gehet ohne Schaden nicht ab. Livius.

Clam, *Præpositio, à* clavibus *dicta putatur* Festo, *quòd his ea, quæ celare volumus, claudamus*, heimlich/ ut: *Clam me* Es ist mir verborgen/ Ich weiß nichts drumb. Plaut.

b *Clam*, qvia non habet *localem significationem*, qvam *Præpositiones* plerunq; habere solent, magis est *Adverbium*. Prisc. l. 14.

Clam erit es wird verborgen bleiben. Terent.

Clamator *oris, m. qvem vulgus, clamosum*, einen Schreyer / Schrey-Hals *vocat*, Cicero *clamatorem appellat*, ut: *Odiosus clamator & molestus*, ein verdrießlicher und überlästiger Schreyhals / Qvacksalber. Cic. de clar. orator.

Clamatorius *a um*, ut: *avis clamatoria*, Schrey-Vogel. Plin.

Clamito *as are*, sehr schreyen / ausruffen/ut: *Clamitare caricas*, Feigen ausruffen. Cic.

b *Supercilia illa tua calliditatem clamitare videntur*, Man sieht dirs an den Augen an; was für ein listiger Kopff du bist. Cicero.

Clamo *avi atum, are*, est *vociferari*, ut: *Clamant omnes, indignissimè factum esse*, jederman schreyet / es sey sehr unbillich gethan. Adelph. 1, 2, 11.

b *Clamare aliqvid*, est *altâ voce poscere*, ut: *clamare aqvas* nach Wasser schreyen! Propert.

c *Clamare* est *contentè dicere*, ut: *Clamabat porrò Qvintius, sese idcirco nolle satisdare.* pro Qvintio.

Clamor *oris, m.* ein Geschrey/ *Persa inconditum & trucem sustulêre clamorem*, die Perser haben ein unmenschlich u. gräuliches Geschrey gemacht Curt. 293.

Clamosus *a um*, laut / voll Geschreys/ ut: *Altercator clamosus & turbidus*, ein schreyichter und unruhiger Zäncker. Qvint. l. 5. c. 5.

b *Clamosa tibia*, ein Zinck.

Clancularius *a um*, heimlich/ut: *Poeta clancularius*, ein Dichter / so was heimlich macht/ und ohne Zusatz seines Namens unter die Leute bringt. Martial. l. 10. Epigr. 1.

Clanculum, *Adv. Diminutiv. à Clam*, heimlich/ ut: *Facere aliqvid clanculum aliqvem*, hinter eines wissen und willen etwas thun. Adel. 1. 1. 27.

Clandestinò, *Adverb. absconditè*, heimlich. Nonius.

Clandestinus *a um*, verborgen/ *Clandestina colloqvia cum hostibus*, mit den Feinden heimliche Sprach halten. Cic. *Clandestina consilia*, heimliche Anschläge. Cæs. 7. Bel. Gall. *Clandestinum fœdus*, heimlich Verbündnis mit dem Feind, Livius 3. ab U. C.

Clango *is nxi ere*, klingen/schallen/tönen/ut: *Tuba clangens*, eine

eine tönende Posaune. Val. Fl.

b *Clangere* dicuntur *aqvilæ*, ut ait Autor Philomelæ apud Ovidium.

Clangor *oris, m.* Klang/Schall ut: *Clangore magno aqvila volitat*, Der Adler fleugt mit grossem Gereusch und schlagen der Flügel.

Clangor anserum. Col. 8. 13.

b *Mugire per æthera clangor tubæ*, dicitur à Virgil. 8. Æn.

Clarè *Adverb.* hell/ lauter/klar ut: *Clarè lucere* hell leuchten/ *clarè oculis videre*, ein helles Gesicht haben. Plautus.

Clarè gemere, überlaut seufftzen. Cicero.

b *Clarè dentibus crepitare*, mit den Zähnen laut knirschen/ Plaut. Ruden.

c *Clarè dicere*, laut reden Ter.

Clareo *ui ere*, hell/ klar/heiter seyn.

b *Clarere* est *nobilem, insignem* vel *illustrem esse*, berühmt/ oder beruffen seyn / ut: *Familiæ clarent.* Svet. in Ner.

c *Claret mihi*, id est, *intelligo.* Claudian.

Clarescо *is, ui ere*, offenbar werden/ erhellen / ut: *Obscurum clarescit.* Stat. 3. Sylv.

b *Plausu clarescere vulgi*, i.e. *laudibus vulgi celebrari.* Cl.

Claretum, *vinum est, aromatum infusione impragnatum, cumqve saccaro dulcoratum. Dicitur aliâs potus seu vinum*

Hippocraticum.

Clarificatio *onis*, Terminus est Pharmaceuticus, *purgationem* notans, (Läuterung/) *qvæ fit vel per albumen ovi, vel per digestionem, vel per filtrationem.*

Clarifico *as are, clarum reddere*, hell machen / ut: *Clarificare visum*, das Gesicht heller machen oder schärffen. Plinius l. 20 c. 13.

b *Clarificare* (läutern /) *potissimum de decoctis dicitur ac succis, qvæ cum crassis scateant excrementis, clarificatione sive purgatione egent.* Schröd. Pharm.

Clarigatio *onis f.* est *belli denunciatio, qvæ clara fiebat voce*, Qvint 7. c. 4.

b *Clarigatio*, est *actio nummaria, maximè qvæ Principis, aut Reipub. conceditur edicto*, eine Geld Anlage. Liv. l. 8. ab U. C.

Clarigo *as are*, est *bellum indicere*, den Krieg öffentlich ankündigen / *it.* Ersetzung des zugefügten Schadens öffentlich fordern. Plin.

Claritas *atis, f luciditas*, Glantz/ Klarheit / ut: *Claritas Solis*, der Sonnen Glantz. Plin. *Claritas oculorum.* . Plin. l. 18. cap. 11.

b *Claritas* est *excellentia & splendor*, Fürtrefflichkeit / ut: *Qvæ responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt.* Qvintil. l. 3.

Claritudo *inis f.* idem qvod *cla-*

ritas, autore Festo & Nonio.

b *Claritudo* est *nobilitas, fama splendida*, ut: *Virtutum claritudine ad summum fastigium aliqvem deligere*, wegen fürtrefflicher Tugend einen zu hohem Ehren-Stand erwehlen. Tacit. lib. 15.

Claro *as are*, est *clarum ostendere*, ut: *Clarat labor pugilem*. Horat. 4. Carm.

Clarus *a um, lucidus*, hell/ klar/ ut: *Clarus dies*, ein heller Tag. Horat.

b *Clarus de sono qvoq; dicitur*, ut: *Clarâ voce imperare alicui aliqvid*, einem etwas mit heller Stimm anbefehlen. Cic.

c *Clarus* idem qvod *insignis, atq; excellens*, ut: *Vir clarus & nobilis*. Cic. de Senect.

Genere & famâ clarissimus, fürnehmes Geschlechts u. Namens. Curt. 373.

d *Clarus* idem qvod *honorificus*, ut: *Triumpho multò clarius est senatum judicare manſvetudine, &c.* es ist rühmlicher/ wenn die Raths-Herren nach der Sanfftmüthigkeit urtheilen. l. 15. Ep. 5.

Classiarius *i*, *m. qvi in classe pugnat*, ein Soldat zu Wasser. Cæs. 3. bell. civ.

b *Classiarius* pro *diligenti, qvia omnium classium cives semper parati erant ad omnem Reip. necessitatem*. Apulej.

Classicula, *æ*, *f. Diminutivum*,

id est *parva classis*. Cic. ad Att.

Classicum, *i*, *n. sonus tubarum, aut ipsa tuba*, Trompeten/ oder Trompeten-Schall/ ut: *Classica sonant*, man höret die Trompeten. Virg. 7. Æn.

b *Classicum canere*, Lärmen oder zu Feld blasen. Cæs.

Classicus *a um*, *dicitur qvod ad classem pertinet*, ut: *Classica bella*, Kriege zu Wasser. Propertius.

Horror classicus. Ovid.

b *Classici dicebantur non omnes, qvi in classibus erant, sed κατ' ἐξοχὴν prima tantùm classis homines*, ut: *Classicus testis, qvi idoneus est veritatis sponsor. Classicus assiduusq; scriptor*. Gell. 19. c. 8.

c *Classici autores, vid.* Autor.

Classis *is*, *f. est navium multitudo*, eine Schiff-Flotte/ ut: *Classem adificare*, eine Schiff-Flotte verfertigen. Corn. 114.

Classem qvingentarum navium comparare. Corn. 25.

Classem septuaginta navium alicui dare. Corn. 39.

Et mille-numero navium classem ad Delum appulissent. Cic. 3. Verrin.

b *Classis* idem qvod *exercitus navalis*, ein Krieges-Macht zu Wasser/ ut: *Classibus adversari*, der Schiffmacht sich widersetzen l. 10, 7. Att.

c *Classis*, id est *Ordo*, ut: *Prima classis homines*, die Fürnehm-

nehmsten. Gellius lib. 7. cap. 3.

Qvinta classis homines dicebantur *infimi & pauperiores, nullius autoritatis*. Cic. 4. Academ. [*In qvinq; enim Classes distribuit Populum Romanum Servius Tullius*, ut docet Livius lib. 1. ab U. C. *pro modo censûs*. Budæus.]

d *Classis* est *multitudo equitum*. Virg. 3. Æn.

e *Classes clypeatas* Antiqvi dixerunt, qvas nunc *Exercitus* vocamus. Festus.

Clathrum, *in Plurali* Clathra & clathri, *dicuntur ligna, qvibus transversis aliqvid munimus*, ut: *Fenestra muniuntur clathris*, die Fenster werden mit Gittern verwahret. Col.

Clathro *as are*, est *clathris claudere vel munire*, vergittern. Colum.

Clava *æ*, *f.* est *fustis teres, ex una parte capitatus, ad clavi similitudinem*, eine Keule/ Kolbe. Festus.

b *Herculi clavam extorqvere*, est *rem impossibilem aggredi*. Macrob. 5. Saturn.

Clavarius *Nomen* est *officii, qvo appellatus fuit Svetonii pater, ab eo, qvod præfectus fuerit donativo imperatorio, inter milites dispertiendo*.

b *Clavarius* à Vive Colloq. 13. dicitur, *qvi clavum seu sceptrum Rectori Academiæ præfert*. Matth. Mart.

Clavator *oris*, *m. qvi clavâ utitur*. Plaut. Mercat. & Festus.

Clavatus *a um*, ut: *Clavata vestimenta dicuntur clavis intexta, vel calceamenta clavis confixa*. Festus.

Claudicatio *onis*, *f.* das Hincken. Colum.

Claudico *as are, altero pede tantum incedere, vel alterum pedem infirmum & instabilem aut curtum habere, ac vacillare*, hincken/ knappen/ lahm seyn/ ut: *Genu percusso claudicat*. Ovid. 3. Fast.

b *Claudicare* metaphoricè *est minus rectè se habere*, ut: *Respublica claudicat*, es gehet im gemeinen Wesen nicht recht zu. Liv. 2. bell. Pun.

Oratio claudicat, die Rede ist unförmlich. Cic. 3. de Orat.

Amicitia claudicat, die Freundschafft ist nicht auffrichtig. Cic. 1. de Finib.

Claudicare in officio suo, seinem Ampt nicht treulich fürstehen. Cic. 1. Offic.

Clauditas *atis*, *f.* idem qvod *claudicatio*. Plin.

Claudo *clausi sum, ere*, est *includere*, verschliessen/ ut: *Domos ipsi suas claudunt aut reserant*. Plin. l. 10. c. 22.

b *Claudere* est *impedire*, ut: *Claudere aditus*. 1. Philipp.

Nolo tibi ullum commodum in me claudier, ich wil dir nichts zu deinem Dienst hinterhalten. Ter. And. 3. 3. 41.

Nunc ubi benignitatem meam in te sensisti claudi. Ter. Eun. 1, 2, 83.

c *Claudere agmen*, hinden nach folgen / der letzte seyn. Curt. 177.

d *Anima clausa tenebris & carcere caco*, die in der finstern Höllen eingesperrete Seelen. Virg. 6. Æn. v. 147.

Claudus *a um*, est, *qui altero pede infirmus & debilis est*, lahm / hinckend / ut: *Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.* Aulul.

b *Claudus* est *inconstans*, ut: *Claudâ fides.* Sil.

Clavichordum, &

Claviçymbalum, *sunt Instrumenta Musica.*

Clavicula *æ, f. Dimin. à Clavis*, ein Schlüsselein.

b *Clavicula* idem ac *capreoli, qvibus vites aliaq; plantæ repunt*, die Gäbelein an den Weinreben und andern Gewächsen / damit sie anfallen und anklammern. Cic.

c *Claviculæ* dicuntur *ossa, qvæ connectuntur ossi humeri & sterno*, die Achselbein. Vesling.

Claviger *a um, à* clavis, *qui claves gerit.*

Claviger *à* clava, *qui clavam gerit*, ut: *Hercules claviger.* Ovidius 15. Metam.

Clavis *is, f.* est, *qvâ ostia, arcula, & alia id genus clauduntur ac reserantur*, ut: *Clavim harunce adium nunc jam jube efferri intus.* Mostell.

b *Clavis Laconica* id est *adulterina*, (*vel adultera*, Ovid.) ein Dieterich. Plaut. Most. 2, 1.

c *Claves in Musicis sunt septem prima Alphabeti literæ.*

Clavola, *vide* Clabola

Clavstrarius *ii, m. qvi claustra & alia, ad claudendum facientia, conficit*, ein Schloßmacher / Schlösser. Sipont.

Claustrum *i, n.* idem qvod *clausura, qvâ aliqvid clauditur*, ein Schloß / ut: *Janua claustra pandere*, die Thür auffthun / auffschliessen. Catul.

Crepidini portus objicere claustra, den Baum in den Furth schliessen. Curt. 505.

b *Claustra* sunt *claves*, ut: *Claustra Imperii*, des Reichs Schlüssel. pro Flacc.

Corinthus erat posita in angustiis Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, & duo maria penè contingeret. cont. Rul.

c *Montium claustra* dicuntur *fauces & angustiæ*, enge Klippen. Virg. 3. Æn.

d *Dædalea claustra* sunt *Labyrinthus, â Dædalo extructus.* Sen.

c *Claustrum* est *monasterium sive cœnobium*, ein Kloster / *sed minus concinnè qvantum ad Latinitatem spectat, sicut pleraq; Canonistarum vocabula.*

f *Claustrum*, *vide* Clostrum.

Clausula *æ, f.* dicitur id, qvod *claudit*, sive *est in fine*, ut: *Imponere clausulam vitæ*, das Leben enden. Sen.

b *Clausula* Latinis dicitur, qvam aliàs voce Græcâ *Periodum* reddunt, ut: *Qvoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausulâ, qvâ, soleo, teq; ad studium summæ laudis cohortor.* Cic. 2. Ep. 4.

Clausulæ in Orationibus interpunctæ. de Orat. *Addidisti clausulam.* ibid. *Illa verò præclara est clausula edicti.* ibid.

c In Orationibus & Epistolis qvæ dicitur *Peroratio*, vel *Conclusio*, scitè etiam *Clausula* vocatur, ut: *Veniamus tandè ad clausulam*, last uns zum Schluß eilen.

d *Clausula* pro *parte edicti.* l. 26. § 9 ff. ex qvibus caussa maj.

Clausum *i, n.* ein beschlossener Orth / Stall oder Dach / Pferch. Colum.

Clausus *a um*, verschlossen / ut: *clavi fuêre.* Festus.

Clausum ostium, eine verschlossene Thür.

b *Clausus* id est *vinctus*, gefangen. l. 3. § 6. ff. ad SC. Sil.

Clavulus *i, m* ein kleiner Nagel / Zwecklein / ut: *Clavuli capitati.* Colum

Clavus *i, m. est qvi figitur, ut claudat vel contineat aliqvid, arbores, qvem fungum placet dici*, ein Nagel / ut: *Clavus uncinatus*, ein Wand-Nagel. *Clavus muscarius*, Blatten-Nagel. *Clavi solearum*, Huff-Nägel. *Clavi cantherum*,

Schienen- oder Rade-Nägel.

Adigere in arborem clavum æreum, einen ährnen Nagel in einen Baum schlagen. Cæs.

b *Clavo trabali figere aliqvid*, est *facere, ut perpetua & indelebilis alicujus rei sit memoria*, ut: *Ut hoc beneficium, qvemadmodum dicitur, trabali clavo figeretur.* Cic. 7. Verrin.

c *Clavus, est fustis gubernaculi*, ein Steuer-Ruder / ut: *Clavum tenere*, id est *gubernare navem*, das Schiff regiren.

d *Clavum rectum tenere*, est *suo fungi officio*, das seine thun.

c *Clavum imperii tenere*, est *imperium gubernare.*

f *Clavi annales appellabantur, qvi figebantur in pariete templi per annos singulos, ut per eos numerus annorum colligeretur; nam, qvia rara per ea tempora litera erant notæ, numeri annorũ clavi fuêre.* Festus.

g *Clavi*, (Hüneraugen / Leichdornen an Füssen) *digitis plantisq; pedum, ex calcei pressu aut intertrigine nasci solent, acuto interdum dolore ferientes, semper verò ingredienti molesti.* Jonston.

h *Clavum etiam patiuntur claudat vel contineat aliqvid, arbores, qvem fungum placet dici vel patellam.* Plin. 17. c. 24.

i *Clavi dicebantur in tunicis Senatorum purpurei qvidam nodi, capitis clavorum instar, qvibus tunica universa distinguebatur*

batur, Knöpffe/ item Buckeln. Varro.

Clematis *idis*, *f. herba*, ut: *Clematis daphnoides, sive vincapervinca*, Sinn- oder Winter-grün. Matthiol

b *Clematis altera Dioscoridis*, Letmen oder Wald-Reben. Matthiol.

Clemens *entis*, *o.* mild/ gütig/ gelind.

Clementer *Adverb* gütiglich/ mildiglich/ gnädiglich/ ut: *Clementer audire aliqvē.* Cic.

Clementia *æ*, *f.* Gütigkeit/ Gnade/ Mildigkeit/ ut: *Regum Ducumq; clementia non in ipsorum modò, sed illorum, qui parent ingeniis, sita est.* Curtius 1961.

b *Clementiam Regis violare*, wider königliche Gnade handeln. Corn. 226.

c *Clementia hyemis*, gelindes Winter-wetter. Col. 2. c. 9.

Cleodora *æ*, *f.* κλεοδώρα, *Nympha nomen matris Parnassi, unde Parnassus mons nomen accepit.* Cæl. l. 6. c. 19.

Cleonicion κλεονίκιον, *herba eadem cum clinopodio*, teste Plin. l. 24. c. 15.

Clepo *is*, *clepsi*, *ere*, κλέπτω, est *furari*, stehlen/ ut: *Ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga.* Plaut. Pseud.

b *Clepere aliqvid ab aliqvo.* Cic. 3. de N D.

Clepsammus *i*, *m. horologium.*

mediante arenâ indicans horas, eine Sand-Uhr.

Clepsydra *æ*, *f. horologium, in qvæ aqva per exile foramen, qvod in fundo erat, sensim & qs. furtim destillabat.* Wasser-Uhr oder Stund Cic.

b *Clepsydra Astronomicum fuit organon, ad sidera dimetienda faciens.* Mart.

Clericus *i*, *m.* vulgo dicitur, *qvi cultui divino ministerium Religionis impendit*, ein Geistlicher. l. 1. C. de Episc. & Cler.

Clerus *i*, *m.* κλῆρος, *sors* est, ein Antheil.

b *Clerus* est *Collegium Clericorum*, die Clerisey.

c *Clerus* est *vermiculus alveariis noxius.* Arist. de animal. lib. 9. c. 40.

Clibanarius *ii*, *m. qvi clibano armatus est*, ut: *Clibanarii à Persis dicebantur equites, qvi ferreis laminis aut præduro corio consertо muniebantur*, geharnischte Reuter/ Küriſſierer. Alex. ab Alex. 6. c. 22.

Clibanitæ, *panes* (Torten) *optimi erant & in clibano mediocriter calido, assabantur.*

Clibanus *i*, *m. mobilis & parvus furnus è metallo ferè fit; interdum tamen & lapide constat, non tam pani, qvam aliis dapibus coqvendis serviens.* ein kleiner Brath- oder Back-Offen. Sipont.

Cliens *entis*, *o.* dicitur Latinè, *qvi vulgo Vasallus*, ein Unterſaß/ ut *Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimū pulcerrimumq; ducebant, ab hospitibus clientibusq; injurias pulsare, &c.* Cicero

b *Cliens* pro *sectatore*, & *eo, qvi sub alterius tutela est*, ponitur, ein Mündling/ ut: *Clientes sibi omnes volunt esse multos.* Plaut. Menæch.

c *Cliens* est *litigator, cujus causam defendit patronus*, ut: *Qvi modo patronus, jam cupit esse cliens.* Ovid. 1. de Art.

Clienta *æ*, *f.* ut: *Habeo ancillam clientam meam.* Plaut.

Clientela *æ*, *f. qvod* Barbari *dicunt homagium, Salvagvardiam*, Latini *vocant clientelam*, Schutz/ ut: *Conferre se in fidem & clientelam alicujus*, sich in eines Schutz ergeben. Cic. pro S. R.

Thais patri se commendavit in clientelam & fidem. Terent. Eun. 5. 9. 9.

Clima *atis*, *n.* κλίμα, notat *spacium amplum vel Cœli, vel Terræ, qvod etiam Tractus* dicitur. Vitruv.

Climata Mundi novem numerarunt veteres: Recentiores verò XLIIX. constituunt. vide Sypnſ. Geogr.

Climacis *idis*, dicitur, qvæ *in catapulta est* σύριγξ, *canalis, nomē mutans propter amplitudinem ac latitudinē* & κλιμακὶς id est *scarula vocatur.* Vitruvius 10. c. 17.

Climacteres, κλιμακτῆρες Chaldæis vocabantur *pericula vitæ fortunarumq; hominum.* Gell. lib. 3. c. 10.

b *Climacteras* Plinius vocat *Legem scansilem.* l. 7. c. 49.

Climactericus *a um*, ut: *Annus climactericus*, ein Stuffen-Jahr. *vide* Annus.

Climaculæ *telorum qvoddam genus notant, Antiqvis usitatum & frequens.* Gell 10. c, 25.

Climax *acis*, *f.* κλίμαξ, *scala*, eine Leitter/ Stiege.

b *Climax* est *Figura Rhetorica*, aliâs Gradatio *dicitur.*

Clinamen *inis*, *n. inclinatio*, Neigung. Lucr.

Cline *es*, κλίνη, est *lectus, lectica vel mensa.*

Clingere *pro Cingere*, à *Græco* κλείειν. Festus.

Clinice *es*, *f. Medicina, qvæ victu & pharmacis corporibus medetur.* Plin. 29. c. 4.

Clinicus *i*, *m.* dicitur *Medicus à visendis ægrotorū lectis, qvasi lecticularius.* Martial.

b *Clinicus* est, *qvi affectus ita, ut surgere è lecto non possit, & de cujus salute nulla amplius spes est.* Plin. l. 25. c. 5.

Clino *as are*, inusit. pro qvo *inclinare.*

Clinopodium *ii*, *n.* est *herba serpillo similis, florum ambitu spe-*

ciem lecti pedum præbeni. Plinius 14. c. 15.

Clio κλείω *una ex Musis, à gloria & celebriate rerum gestarum, quas canit, nomen habet.* Diodor. 5. c. 1

Clister, *vide* Clyster.

Clitellæ *arum*, (Saumsättel) *quibus sarcinæ colligatæ ab equis aut mulis portantur.* Fest. & Plaut.

Clitellarius *a um, clitellis ferens onera*, ut: *Mulus clitellarius*, ein Maul-Esel / *Equus clitellarius*, ein Saum-Roß.

Clitoris *est pars pudendi muliebris.* Vesling.

Clitorium *pudendum muliebre*, Cæl. l. 4. c. 14.

Clivina *æ, f. avis in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur prohibitoria & clamatoria, à Clivii auspiciis dicta, quæ, teste* Festo, *dicebantur adversa. Hanc autem suo seculo fuisse incognitam refert* Plinius 10. c. 14.

Clivosus *a um*, stickel/bergigt/ ut: *Locus clivosus.* Colum.

Clivulus; *diminut.* &

Clivus & Clivum, *in colle* idem est, *quod in monte jugum*, abhängigte Seite eines Hügels. Valla 4. c. 43.

Cloaca *æ, f. locus cavus, per quem colluvies quædam fluit*, ein heimlich Gemach. Festus, *it.* l. 1. § 4. ff. de cloac.

b *Cloaca* pro *ventre anus*

edacis ac bibacis, eine alte versoffene Vetul. Plaut.

Cloacalis *e, c. ad cloacam spectans*, ut: *Cloacale flumen* pro *Cloacarum multarum colluvie.* Cato.

Cloaco *as are, inquinare, unde cloaca*, Festus.

Cloacarium *ii, n. dicitur id, quod ob cloacarum purgationem solvitur.*

Cloacarius *ii, m. qui cloacarum curam gerit.* l. 27. § 3. ff de usufruct.

Cloacina *æ, f. dea, quæ cloacis præesse fingebatur.* Turneb.

Clodico *as are*, pro *claudicare veteres dixêre.* Cic. 2. de Or.

Clodo *vide* Claudo.

Closmus *i, m. sonus qui eliditur linguâ appressa palato, quo equi generosi excitantur ad cursum.*

Clostrum *sive* Claustrum, *contignatio trabium*, geschlossen Bolenwerck. Senec.

b *Clostrum* idem ac *septum transversum ex compactilibus postibus constans, extructum ad arcendum frangendumq; fluvii impetum*; ein Währ. Bud.

Clotho, κλωθὼ ὁ, *una ex Parcis, vide* Parcæ.

Cludo *is si sum ere*, idem ac *claudere.*

Clueo *es ere*; &

Cluo *is ere, est nominare, perhiberi, putari*, genennet oder geachtet werden / ut: *Ita sis ut*

nu-

nomen cluet, verhalte dich wie dein Name außweiset. Plaut.

b *Cluere* Antiqvis idem qvod *purgare* Plin. l. 15. c. 22.

c *Cluere* est *apparere.* Lucr. 1.

d *Clueri* est *nominari.* Plaut Pseud. 4. 1. 12.

Clunas, *à clunibus tritis, simias* dixit Festus.

Clunis *is m.* & freqventiùs *Clunes* in Plurali, sunt *nates*, die Backen am Hindern.

Clupea *piscículus* est, qvi *venam qvandam thymi in faucibus mirâ cupidine appetens, ipsum thynnum exanimat.* Plinius lib. 9. c. 15.

Clusinus *a um, ab oppido Thusciæ Clusio derivatum*, ut: *Clusinum vulgus.* Silius l. 8.

b *Clusinum far*, est *genus adoris sive farris candidius.* Colum. l. 2. c. 6.

Clusinus *à claudo*, ut: *Clusinus Janus dictus est, qvod pace templi ejus portæ clauderentur.* Virgil. 1. Æn.

Clypeatus *a um, clypeo instructus*, mit einem Schild verwahret / oder gewapnet.

Clypeus *ei, m. vel* clypeum *i, n.* est, *qvo milites tegunt corpus adversus ictus*, ein Schild / ut: *Clypeo protegere corpus*, sich mit einem Schild verwahren. Curt. 1128.

b *Clypeos vestire cæsis juvencis*, id est *coriis juvencorum contegere clypeos*, die Schild mit

Leder überziehen. Stat. l. 1. Ach.

Clysma *vide* Clyster.

Clyssus, *sive aqva stimmi sulphurea, qvæ propellitur ex parte antimonii, nitri & sulphuris partibus æqvalibus per retortam tubulatam in receptaculum amplum ac capacissimum, in qvo infusa sit aliqvota pars aqvæ.* Schrod. Pharm.

Clyster *sive* Clysma *aut énema est medicamentum liqvidum, qvod ano, aut nonnunqvam etiam utero per siphonem intruditur*, ein Clystier. Schod. 2. ut: *Clystere purgare aliqvem*, einem ein Clystier setzen. Svet. in Nerone c. 20.

Cneoron κνίωρον, *Frutex est coronarius cujus duo genera, nigrum scilicet & candidum, sunt.* Plin. 21. c. 9.

Cnephosum *Antiqvi dicebant tenebricosum*, Græci enim τὸ κνέφας appellant crepusculum, κνέφῳ τὸ vero caliginem, umbram.

Cnestis *idis* κνῆστις (*radula qvâ caseus scabitur*) *laminulam significat concavam, in qvâ crinibus complexa occultaq; Cleopatram venenum habuisse proditur.* Cæl. Rhod. 8. c. 12.

Cnecion *vide* Amaracus.

Cnicus *vide* Carthamus.

Cnidos *herba est* Plinio lib. 21. c. 12. *Hinc*

Cnidius *a um*, ut: *Cnidium oleum*, i. e. *è grano cnidi factum.*

Coer

COER, *in notis antiqvorum cœravit.*
COH. *cohors* ↄↄ. *vel* ↄ *contro versia.*
COIUX, *vel* CO. *conjux.*
COL. *vel* CL. *Colonia vel Colonia.*
COL. *Coloni*, vel *collega.*
COLL. *Collega*, vel *collegia*, *Collegium*, *Colonia*. *Coloni.*
COLLE. FABR. M. R. *Collegio fabrorum militia Ravennatis.*
COM. OB. *Comitia Obdriaca, vel Obaurata.*
CON. *Consularis.*
CONLIB. *Conlibertus.*
CONJU. *conjunxit.*
CONTUB. *contubernalis.*
CON. SEN. & EQ. OR. P. Q. R. *Consensu Senatus & equestris ordinis, populiq; Romani.*
CONS. *Consiliarius.*
COR. *Cornelius.*
COS. DES. *Consul designatus.*
COSS. *Consules.*
COSS. DES. *Consules designati.*
COS. II. *Consul iterum.*
COS. III. *Consul tertium.*
Co, *vide* Coos.
Coaccedo *cessi cessum, ere, simul accedere*, mitbeytreten / *addi* zugethan werden. Plaut. Cur.
Coacervatio *onis, f.* Zusammenhäuffung. Cic. in partition.
Coacervo *avi atum, are*, est *cumulare, congerere, addere*, zusammen hauffen / samlen / ut: *Coguntur & coacervantur pecunia*, man treibt viel Gelds

auff. Cic. 2. pro Lege Agraria.
b *Summas majores & minores coacervare*, die kleinere Summen zu den grössern rechnē. Barb. das Kleinere zum grössern addiren. l. 36. ff. mand.
Coacesco, *is*, *coacui*; *coacescere* sauer werden / versäuren. Cic. de senect.
Coactè, *Adverb.* gezwungen / pro qvo Latinius dixeris, *per vim*, ut: *per vim feci.* Ich hab es gezwungen gethan.
Coactilia, *dicuntur pelles seu lora, qvibus involvuntur alliganturve vestimenta, qvæ omnia sunt instrumenta viatoria.* l. 25. ff. de auro & arg.
Coactio *onis, f.* Zwangt / ut: *Coactio argentaria*, est *munus ipsum cogendi pecunias.* Sveton. in Vespas.
Coacto, *as, are*, zusammen treiben / ut: *Singultus membra coactans.* Lucr. l. 6.
Coactor, *oris, m.* Zusammenbringer / Treiber / Einnehmer / ut: *Coactores dicebantur, qvi nunc receptatores particulares.* Bud.
b *Agminis coactor*, der das Heer zusammen bringt. Tac.
c *Coactor* pro *impulsore*, ein Anreger. Seneca Ep. 53. *Coactores sunt, qvi modico precio mala nomina comparant*, die ungewisse Schulden an sich erhandeln. Alciat.
Coactura *æ, f.* Einsamlung. Col.

Coactus *ûs. m. ipse cogendi actus*, ein Zwangt. Cicer.
Coactus *a um*, gezwungen / zusammen gebracht ut: *Coacti sunt ii, qvi ab aliqvo sunt in unum locum cōgregati.* p Cec.
b *Necessitate coactus*, genothdrengt. Corn. 94.
Coaddo *didi itum, ere, simul addere*, mit darzu thun. Cato.
Coadjicio *eci ectum, ere*, mit darzu werffen. Colum. l. 12.
Coaduno *as are, in unum cogere*, zusammen bringen / vereinigen. Plin. de Viris illustr.
Coædifico *as are*, zusammē / oder eng in einander bauen. Cic.
Coæqvalis *is e, c.* idē qvod *æqvalis*, gleich / ut: *In gregem coæqvalium compellere.* Col. 8. 14.
b *Pro Coæqvalis* Cicero *adhibet Æqvalis*, ut: *Demosthenes maximos habuit æqvales.*
Coæqvatio *onis, f.* est, *qvæ res sunt æqvales*, sive formaliter, *per commensurationem, ut* locus & locatum; sive originaliter, *ut* imago & res, *cujus est* imago.
Coæqvo *as, are*, gleich machen.
b *Coæqvare omnium gratiam, difficile est*, es ist schwer eines jeden Gunst zu erlangen. Sallust.
c *Coæqvare leges*, est *Jus æqvabile omnibus statuere*, einem als wie dem andern Gesetz fürschreiben. Liv. 3. ab U. cond.
Coætaneus *a um, ejusdem ætatis*, gleiches Alters oder Zeit. Cic.

Coævus *a um*, scitè pro *Coætaneo* adhibet Cicero, ut: *Puer æqvè adolescens est inter coævos.*
Coaggero *as are*, auffhäuffen / zusammen häuffen. Col. l. 8.
Coagitatio *onis, f.* mitbewegung
Coagito *as are, simul agitare*, zugleich mitbewegen.
Coagmentatio, *onis, f.* Zusammenfügung / ut: *Copulatio rerum, & qvasi coagmentatio naturæ.* Cic. 2. de Nat. deor.
Coagmento *as are, conjungere*, zusammen fügen / ut: *Vivendi est finis optimus, cùm integrè mente cæteris & sensibus, opusipsa suum eadem, qvæ coagmentavit, natura dissolvit.* Dieses ist das beste Ende des Lebens / wenn eben die Natur ihr Werck / welches sie zusammen gefüget hat / wieder zerleget. Cic. 3. de Orat.
b *Coagmentare verba*, die Wort zusammen setzen. Cic. Or.
c *Coagmentare pacem*, Frieden stifften oder machen. Cic.
Coagmentum *i, n.* Zusammenfügung / eine Fuge / ut: *Coagmentum Syllabarum*, die Zusammensetzung der Syllaben. Gellius l. 17. c. 9.
b *Coagmentum asserum*, eine Leim-Zwinge. Zehn. Nom.
c *Coagmentum cochleare*, eine Schraube.
Coagulatio *onis, f.* Zusammen-Rinnung / Zusammen-wallung / Läbung / ut: *Lactis coagu-*

gulatio, die Läbung der Milch/ Plin. l. 28. c. 10.

b *Cogulatio Chymicis est, cùm aliquid evaporando vel præcipitando inspissatur.* Schrod. phar.

Coagulo *avi atum, are*, est *constringere, densare*, zusammen rinnen machen/ läben. Plin.

b *Coagulari* est *evaporando inspissari*, einsieden/ einkochen.

Coagulum *i, n.* est *lactis in ventriculo quadrupedum, quæ sugunt, concretio & condensatio.* ut: *Coagulum vituli*, Käselab. Sic *coagulum agni, coagulum leporis.* Schroderus.

b *Coagulum* est, *quicquid conjungit.* Gellius l. 12. c. 13.

Coaleo, & Coalesco, *ui itum, ere*, zusammen wachsen/ ut: *Surculus olivæ fissura aptatur, & sic interposito triennio, coalescet ficus olivæ.* Colum.

b *Coalescit vuln⁹*, die Wunde heilet zu. Plin. lib. 9. c. 51.

c *Semina cum terra coalescunt.* Varro 4. Ling. Lat.

d *Coaluerunt omnium animi concordiâ*/ sie sind alle einig worden. Livius.

Coalescentia *æ, f.* est *morbus cavitatum in defectu, quando meatus parietes, post ulcus vel vulnus coeunt.* Senn. Inst. M.

Coalitus *a um*, zusammen gewachsen/ ut: *Cujus in corpore cujusq; ex sanguine concretus homo & coalitus sit.* Gell. 12. 1.

b *Coalita libertas.* Tacitus.

Coalitus *ûs, m.* Zusammenwachsung/ ut: *Coalitus palpebrarum, cùm palpebræ inter se, vel cum albâ aut cornea, aut utrâq; oculi tunicâ coalescunt.* Jon.

Coalluo *is ere*, est *per alluvionem augere.* l. 30. § 2. ff. de acq. r. d.

Coamicus *i, m.* Gesell-Freund/ ut: *Hodie me ante omnes coamicos stultos senes versâris atq; luseris lautissimè.* Cic. de amic. (Nonnulli pro *coamicos senes* legunt *comicos senes.*)

Coangusto *as are*, enge machen/ ut: *Aditum adium coangustare*, den Eingang zum Hause enge machen. l. 19. § 5. ff. locati conducti.

b *Coangustare legem*, ein Gesetz kurtz fassen. Cic. 3. de leg.

c *Coangustatur aqua*, der Wassergang wird eng. l. 1. § 15. ff. de flum.

Coarctatio *onis, f.* est *coarctandi actio*, ut: *Coarctatio plurium, in angusto tendentium, facilior futura erat.* Liv. 7. Belli Pun.

Coarcto *vel* coarto *avi atũ are*, est *arctè conjungere, astringere* enge einsperren/ einzwingen/ ut: *Coarctatus in oppido.* Cic.

b *Nox coarctat iter*, ie est, *contrahit*, die Nacht macht kurtze Tag-Reisen. Ovid. 5. Fast.

c *Via coartata*, ein versperrter Weg. l. 1. § 25. ff. Ne qvid in l. p.

Coarguo *ui utum, ere*, est *reprehendere*, mit Worten straffen/ einen Verweiß geben/ ut: *Coarguere*

guere alicujus mendacium. Cic. pro Lig.

Coarticulo *as are*, ut: *Permittant, uni ex populo, in officium sermonis dandi, ora coarticulare mutorum*, id est *facere ut muti loqvantur articulate.* Arnob. 1. Adverſ. gent.

Coarto *vide* Coarcto.

Coaspernor *aris atus sum ari*, mit andern etwas verachten. Tacit. l. 17.

Coaspis *vide* Choaspites.

Coassatio *onis, f. contabulatio* Täfelung / Täfelwerck. Vitr. lib. 7 c. 1.

Coasso *as are, Contabulare*, täfeln. Vitruv.

Coaugmento *as are*, hinc

Coaugmentatio *onis*, Vermehrung) *apud* Ciceronem 2. de N.D. *alii legunt coagmentatio.*

Coaxatio *onis, f. idem qvod coassatio.*

b *Coaxatio dicitur vox ranarum*, das qvaren der Frösche

Coaxo *as are, idem ac coassare*

b *Coaxare, est ranarum vocem edere*, qvaren/ schreyen wie ein Frosch. Aristoph. in Com. ran. *it.* Autor philom.

Cobaltum *seu Cadmia nativa, est minerale terreum, colore ferè nigrum, aris vel argenti particeps*, Kobalt / Mücken-Pulver. Schrod. Pharm.

Cobio *piscis ex chombrorum genere.* Plin. 32. c. 5.

Cobion *est septima tithymali*

species. Plin. lib. 26. cap. 8.

Coccetum *genus eduli ex melle & papavere factum, qvod ad ignem coqvitur.* Festus.

Cocceus *a um*, roth wie Scharlach/ aus Scharlach gemacht/ ut: *Coccea indumenta*, scharlachene Kleider. Lamprid.

Coccinatorius *a um, idem qvod coqvinatorius*, ut: *Coccinatorium instrumentum.* l. 19. § 12. ff. de aur & arg. leg.

Coccinatus *a um*, est *coccineâ veste indutus*, der ein Scharlach-Kleid an hat. Martial. l. 5.

Coccineus *a um*, idem qvod *coccei*, scharlachin / scharlachroth / ut: *Coccinei acini.* Plin. l. 21. c. 31.

Coccinum *i, n.* est *coccina vestis*, ein Scharlach-Kleid. Martial. 2. 16.

Coccinus *a um, coccineus*, ut: *Coccinus color.*

Coccognidium, *aliàs* Thimælea *sive* granum gnidium, Kellershalß / Zeiland. Matthiol.

Coccus *i f. sive*

k *Crimen militare est, qvod solis militibus capitale est, cæteris verò civibꝰ aut impunè omnino, aut non tam grave; Ut armis amittere vel alienare, vallum transcendere, per murum castra ingredi, & si qvæ sunt alia hujus generis.*

l *Crimina publica recensentur.* l. 1. ff. de public. judic.

m *Crimina legitima*, i. e. *qvorum judicium lege aliqvâ publicorum judiciorum est constitutum.* l. 3. §. 1. ff. de crim. stell.

n *Crimen ecclesiasticum est, qvod pertinet ad jurisdictionem Ecclesiæ*, ut. *Hæresis, sacrilegium, simonia, perjurium, adulterium.*

o *Crimen* pro *accusatione.* l. 7. ff. de accus.

Criminalis *e, c.* ut: *Causa criminalis.* l. 15. C. de qvæst.

Criminaliter, *Adv.* peinlich/ ut: *Criminaliter agi tunc dicitur, qvando qvis publicam vindictam criminis exeqvitur; qvæ publica vindicta contingit, sive infligatur pœna corporis afflictiva, sive alia etiam pecuniaria, dummodo fisco applicetur*, juxta magis communem opinionem Dd. gl. & Bart. in l. 3. ff. de sepul. viol.

Criminatio *onis, f.* Scheldung/ Schmähung/ Lästerung/ ut: *Allatas criminationes repellere.* Cic. de amicit.

Criminor *aris, atus sum, ari*, est *contumeliosè reprehendere*, schmähen/ ut: *Hanc metui, ne*

criminaretur tibi, ich habe mich für ihr gefürchtet/ daß sie mich nicht in deiner Gegenwart schüldte. Eun. 5,2,16.

b *Criminari* est *contumeliosè proferre*, scheldwürdiger weise fürgeben/ übel außlegen. ut: *Quod benevolentiâ fit, id odio factum criminaris*. pro S.R. XIII.

Venenum parâsse Calium criminatur. pro Cæl. XXIII.

Criminosè, *Adverb.* idem qvod *per contumeliam*, ut: *Criminosè ac suspiciosè aliqvid dicere*, etwas auff die Bahn bringen / das einen bösen Schein hat. pro S.R.XVII.

Criminosus *a um*, lästerlich/ut: *Criminosa oratio*. Liv. 8.U.C.

b *Criminosum hoc mihi est*, diß gereichet mir zur Schand. Cic. in Verr.

Crimnum, κρίμνον, *crassior zea aut tritici farina extitit apud antiqvos, qva ad pultem conficiendam utebantur*, Grieß. Plin. l. 18. c. 8.

Crina *æ*, *f. crinam* Pomponius l. 21. §. 1. ff. de auro & argent. leg. *numerat inter ungventa, qva valetudinis caussa sunt parata: nisi fortè crinonia legendum sit, ut sit oleum ex lilio confectum & odoramentis conditum. Nam Crinonis* Plinius l. 21. c. 5. *meminit, qvod liliũ rubens appellat*. Hotom.

Crinale *is*, *n.* eine Haar-Haube/Haar-Band Ovid. 5. Met.

Crinalis *e*, *c. qvod pertinet ad crines*, ut: *Vitta crinalis*, eine Haar-Haube. Ovid. 9. Metam.

b *Hedera crinalis Bacchi*. Claud. 1. de rapt. Pros.

Crinalis *is*, *m Ornamentum est capitis ad figendum capillos, nè turbentur evagenturq*. l. 34. ff. de aur. & arg. leg *nonnulli legunt* pro *crinales crurules*.

Crinanthemon *vid.* Lilium.

Criniger *a um*, *multos habens crines*, rauch / haaricht. Lucan. l. 1.

Crinior *iris, iri, crinibus tegi*, ut: *Vatem cultu Parnasia monstrant vellera, frondenti crinitur cassis oliva*. Stat. 4. Theb.

Crinis *is*, *m.* Haar / *crines* (inqvit Festus) *à discretione dicti sunt*.

Vibrati crines calido ferro, i. e. *crispati calamistro*, gekräuselte Haar. Virg. 12. Æn.

b *Capere crines*, pro *arripere occasionem oblatam, arreptamq; retinere*. Plaut. in Mostell.

c *Crinis etiam piscium dicitur*. Plin. l. 9. c. 30.

d *Crinis genus vinculi esse videtur apud* Plin. l. 17. c. 21.

Crinitus *a um*, *qvod crines habet*, haaricht/rauch.

b *Crinita stella*, i. e. *cometa*, ein Comet. Cic. 2. de N. D.

Crinomenon *i*, *n.* κρινόμενον *à rhetoribus appellatur contentio, qva ex sintu efficitur, & circa qvod versatur certamen totius controversiæ*. Latini *qvæstionẽ vocant*. Cic. in Top.

Crinon, κρίνον, *lilium rubens* Plin. l. 21. c. 5.

Crinonia, κρινωνιὰ ἄς, *frutex est lilii, teste* Suida.

Crios, κριὸς, *Ciceris genus, qvod Latini arietinum nominant*.

Crisis *is*, *f.* κρίσις, *judicium, judicatio, sententia*, ein Urtheil/ Verstand.

b *Crisis est subita & repentina mutatio in morbis, qva æger perducitur ad statum contrarium, pendens à naturâ, vel morbum & materiam morbificam vincente; vel ab iisdem victâ*. Jul. Cæs. Claudin. de Crisi.

c *Crisis* accipitur pro *interitu & exitio*. Hippocr. in coac. prænot.

d *Crisis* pro *mutatione ad salutem*. ex Gal. 4. acut. *pluribus in locis*, & 2. Aph. 13.

e *Crisis* pro *evacuatione*. Hipp. de loc. in hom.

f *Crisis* pro *perturbatione, qva crisin præcedit*. 3. de diebus decret. c. 2.

g *Crisis* pro *morbi temporibus, & exacerbatione, seu accessione*. 1. Aph. 19.

h *Crisis* pro *violentis motibus, & conatibus naturæ*. ex Hipp. l. de septimestri & octimestri part.

i *Crisis* pro *qvavis morbi solutione, qvocunq; modo facta*. l. Progn. 8. Celso interprete.

Crispina, *vid.* Berberis.

Crispisulcans *antis*, *o*. das sich kräuselt / ut: *Crispisulcans igneum fulmen*. Cic. in Top.

Crispo *as*, *are*, kräuseln / krauß machen / ut: *Crispare capillum*. Plin.

b *Crispari terra dicitur herbis*, wenn die Erde grün wird / und die Kräuter wieder aus der Erden herfür wachsen. Colum.

c *Ingeminat tremulos naso crispante cachinno*, er rümpfft die Nase / und lacht weitlich. Pers. Sat. 3.

d *Buxus crispata*. Claud. 2. de rapt. Pros.

Crispulus, *Diminut. à crispus*, ut: *Crispulus iste qvis est?* Martial.

Crispus *a um*, krauß / ut. *Capilli crispi*, krause Haar. Plaut. Trucul.

b *Crispa abies*. Cic. 3. Tusc.

c *Crispus Sallustius, Historicus Romanus fuit*.

Crista *æ*, *f. Conus seu apex in qvarundam avium capitibus*, ut: *Crista upupæ*, die Crone oder Federbusch des Wiedehopffens. Plin.

Crista galli, der Hahnen Kamm.

b *Crista galli dicitur* Anatomicis *processus ossis cribriformis*. Vesling.

c *Crista, notat plumas istas, qvibus galeas & pileos decorare solent*, ein Straußfeder / Fe-

derbusch / Barb. Plumage / ut: *Crista galeæ.* Virg. 7. Æn.

d *Cristas erigere*, Proverb i.e. *ferocire, sibi placere, animo efferri*, hoffartig einher gehen / sich brüsten.

c *Crista herba species.* Plin. l. 27. c. 5.

Cristatus *a um, quod cristas habet*, das einen Kamm oder Federbusch hat. Mart.

Critæ, κρίλες Latinè dicuntur *judices omnes: unde qui musicis agonibus* i. e. *scenicis præerant, critæ dicti. hinc*

Criticus *a um, vid. infra.*

Crithe, κρίθη, *tuberculum parvulum in palpebra super pilorum locum, quod à similitudine hordei sic dictum est*, ein Gerstenkorn am Auge. Cels. 7.

Crithamon *vel* crithmon, *herba, cujus quatuor* à Matthiolo *recensentur species*, ut:

I. Crithamũ, Bacillen / Meerfenchel.

b *II. Crithamum spinosum*, Bacillen.

c *III. Crithamum, licet alia species, Germanicè tamen itidem audit*, Bacillen.

d *IV. Crithamum montanum vel terrestre*, Sichel-Kraut / faule Grete. Pancov.

Crithologi κριτολόγοι, apud Opuntios dicuntur, *qui colligendis sacrificiorum primitiis præfecti erant: Sic dicti, quia in veterum sacrificiis plurimus erat hordei usus, quod crithen vocant.* Cæl. l. 12. c. 1.

Criticus *a um*, judicatorius, *Critici poëmatum judices, quales Aristarchus & Aristophanes fuerunt, de quibus* Fabius l. 10. c. 1.

b *Critici olim dicebantur Grammatici.*

c *Critici dies vocantur*, à Medicis *judiciarii, in quibus de ægritudinibus fieri solet judicium.* Cels. l. 3. c. 4.

d *Critica nota, qua varia sunt, quibus utuntur in autorum censendis scriptis, ceu sunt: Asterismus, Obeliscus, Lemniscus.*

Crobylus, κρόβυλος, *aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idque propriè in viris: nam in mulieribus potius* corymbum, *& in pueris* scorpium *vocamus, vid.* corymbium.

Crocallis *is, gemma, qua cerasum, vel, ut alii legunt, ceram repræsentat.* Plin. l. 37. c. 10.

Crocatio *onis, f. sive* crocitatio, *&* crocitus, *notat corvorum vocem*, Raben-Geschrey. Festus & Nonius.

Crocatus *a um*, idem qvod *croceus*, ut: *Crocatum semen.* Plin. l. 16. c. 34.

Crocáta. *vid.* crocóta.

Croceus *a um*, gelb / ut: *Chlamys crocea*, ein gelber Reit-Rock od Mantel. Virg. 11. Æn.

b *Odores crocei*, Saffran-

ran-Geruch. Virgil. 1. Georg.

c *Prata crocea*, i. e. *in qua crocei flores.* Claud. 5. Paneg.

Crocinum *i, n. genus unguenti, de qvo* Plin. l. 13. c. 13.

Crocinus *a um*, idē qvod *croceus*

Crocio *is, ire*, schreyen wie ein Raab. Aut. Philom.

Crocitatio *vid.* crocatio.

Crocito *as, are, frequent.* offt schreyē wie ein Rab / ut: Plaut. Aulul. *Non temerè est, qvod corvus cantet mihi, nunc à læva manu, simul radebat pedibus terram & voce crocitabat suâ.* Sipontinus *crocibat* legit.

Crocodilea *æ, f. animal simile Crocodilo.* Plin. l. 28. c. 8.

Crocodilinus *a um, qvod ad Crocodilum pertinet.*

Crocodilium *ii, n. herba, chamæleontis herba nigræ figuram habens.* Plin. l. 27. c. 8.

Crocodilus *i, m. animal amphibium*, ein Crocodil. Plin. l. 8. c. 25. (*Crocodilus*) *& in terra & in flumine pariter valet.* i. e. *animal amphibium.* Solin. 683.

b *Crocodilus mons est Ciliciæ.* Plin. l. 5. c. 27.

Crocomagma *atis, n. unguentum, qvo utebantur Cilices.* Plin. l. 21. c. 20. & Cæl. l. 9. c. 4.

Crocota *æ, f. Vestis muliebris crocei coloris.* Cic. de Arusp. respons.

Crocotula *æ, f. Diminutiv. à crocota.* apud Plaut.

Crocotularius *ii, m. crocatarum vestium infector.* Plaut. Aul.

Crocotillum, *veteres valde exile dicebant.* Festus.

Crocotinum, *genus operis pistorii.* Festus.

Crocuphantia *videntur ornamenta esse villosa, qvæ sub reticulis contexta per eorum plagulas apparent.* in l. 25. §. 4. ff. de aur. & arg. leg.

Crocum *i, n. vel* crocus *i, m. planta est bulbosa, florem primo autumno ferens purpureum, cujus flammea stamina (instar antheræ) Officinarum crocus est*, Saffran.

b *Crocus Orientalis, qvi omnium præstantissimus censetur, dicitur crocus de Aqvila*, Zimmet-Saffran / Orientalisch Saffran. Schröd.

c *Crocus Saracenicus*, vide *Cnicus.*

d *Crocum in medio lilii*, das Gelbe in den Lilien. Plin. l. 21, 5.

e *Crocus* Chymicis *est calx pulverisata ad croceum vergens colorem*, ut: *Crocus Martis, qvi vel apertivus, vel obstructivus.*

Crocus metallorum, vel crocus antimonii, qvi ex antimonio paratur, estq; insigne emeticum. Schröd. Pharm.

Crocus Solis, i. e. *crocus auri, Crocus Veneris*, i. e. *crocus cupri.* ibid.

f *Crocus à qvibusdam Sagittarius (sidus cœleste) dicitur, alii le-*

legunt Crotus, vel crotonus. Higynius in fabul.

Crocuta *æ, f fera nascens in Æthiopia,* Plin. l. 8. c. 21. & c. 30.

Crœsus *i, m. Lydorum Rex opulentissimus, victus à Cyro, de quo* Plutarch. & Xenophon.

b. *Crœsus* pro *divite, sicut Irus* pro *paupere*, juxta versum Ovidii:

Irus erit subitò, qui modò Crœsus erat, der wird gar bald zu einem armen Bettler / der zuvor alles voll auff hatte.

Crolla *vid.* corolla.

Cronia *orum, pl. festa Saturni, aliàs Saturnalia dicta. vide* Macrob. l. 1. c. 7.

Cronium, *in Septentrionalibus mare quoddam est, (à κρόνος Saturnus) dicitur, non quia antiquum, sed plerunq; ob frigus concretum*, autore Plinio. *Alii scribunt chronium, (à χρόνος, tempus,) alii nomen derivant ab insula* Groenlandia, die Grönlandische See.

Cronius *ii, m. unus ex Centauris fingitur.*

b. *Cronius, gemmarum insignis sculptor.* Plin. l. 37. c. 1.

Cronos, *χρόνος vocatur Saturnus, & temporis spacium notat*, ut: *Saturnum eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spaciorum ac temporum contineret.* Cic. 2. de N. D. it. Macrob. l. 1. Saturn.

Crotalia *appellantur margarita, quædam resonantes.* Plin. l. 9. c. 35.

Crotalistria, *dicta, quæ voce strepitum crotalorum imitatur*, ut: *Ciconia crotalistria*, ein Klapper-Storch. Petron. Arbiter.

Crotalum *i, n.* κρόταλον, *crepitaculum, non admodum diversum à cymbalo*, eine Schelle/ Cymbal. Cic. in Pison.

Crotalus *i, m. dicitur, qui lingvâ est expeditiore & voce sonante ac propè tinnulâ*, ein Plauderer/ Wäscher.

Crotaphitæ, κροταφῖται μύες, *musculi duo temporales, à* κρόταφος, *pars capitis, quam tempora vocamus.* Vesling.

Croton *onis*, κρότων ὁ *ricinus arbor.* Plin. 16, 23. *vide* Cici. Item

b. *Civitas Italiæ, quam à Mycilo Alemonis filio jussu Herculis conditam ferunt, habereq; nomen à Crotone ipsius Herculis hospite ibi sepulto.* Ovid. l. 15. Metam. *Hinc:*

Crotoniátes & Crotonienſis, *apud* Cic. & Sallust.

Crotópus *i, m. Rex Argivorum creditur, hinc:*

Crotopiades, *patronymicum masculin.* apud Ovid.

Crotus *sive* croton, *Euphemes Musarum nutricis filius. vid.* Hyginius.

Cruciabilis *e, c.* schmertzlich/ut: *Cruciabile silentium.* Apul l. 10.

Cruciabilitas *atis, f.* Peinigung/ Marter/Qval/ut: *Omnes homines supero atq; antideo cruciabilitatibus*, in Jammer und Elend gehe ich allē vor. Plaut. Cistell.

Cruciabiliter, *Adverb.* jämmerlich/erbärmlich / ut: *Cruciabiliter interfecti sunt.* Hirt. 5. bell. Afric.

Cruciamentum *i, n.* idem ac *cruciatus.* Cic. 11. Philipp.

Cruciarius *a um, cruce dignus* Apul. l. 10.

Cruciata *vid.* Gentiana minor.

Cruciatus *ûs, m.* Pein / Angst/ Marter/Qval/ut: *Diri cruciatus*, grausame Marter. Ovid. 9. Metam.

b *Summe cruciatu supplicioq; perire.* Cic. 2. de N. D.

Crucibulum *i, n. est vas fusorium, factum ex terrâ contumacissimâ*, ein Schmeltztiegel.

Crucifigo *is, crucifixi, crucifixum, crucifigere, in crucem tollere*, creutzigen/ ans Creutz schlagen. Plin. *it.* Qvintil.

Crucifixus *a um, cruci affixus*, gecreutziget / ans Creutz gehefftet. Svet. in Domit.

Crucio *avi, atum, are*, est *torquere, affligere*, peinigen/ martern/ut: *Vulnere ac dolore corporis cruciari & absumi.* Cic.

b *Illa res te cruciat*, das Ding peiniget oder kräncket dich. Lib. 5. Epist. 16.

Crudelis *e, c.* est *asper, immitis*, grausam/unbarmhertzig/ut: *Crudelis in liberos & sanguinem suum.* 2. de Fin.

b *Crudelis* idem qvod *inexorabilis*, ut: *O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.* 2. Ecl.

Crudelitas *atis, f.* est *asperitas*, Grausamkeit/ ut: *Crudelitatis instrumenta in conspectu alicujus proponere.* Curt. 1417.

Adhibere crudelitatem in aliqvem, sich grausam gegen einen erzeigen. Herenn.

Precibus inhiberi crudelitas non potest, die Grausamkeit läſſet sich nicht erbitten. Curt. 1615.

Inimicorum crudelitas nondum nostra calamitate satiata. Qv. Fr.

b. *Crudelitate sanguinis perlitum esse*, i. e. *cade pollutum esse*, blutige Hände haben. pro S. R. XLIX.

Crudeliter, *Adv.* grausamlich/ erbärmlich/jämmerlich. Cic.

Crudesco *is, ere, crudum fieri*, wieder auffbrechen / ärger werden/ ut: *Vulnus crudescit*, die Wunde bricht wieder auff.

b *Morbus crudescit*, die Kranckheit setzt hefftiger zu. Virg. 3. Georg.

c *Crudescit pugna*, i. e. *crudelior fit multorum cade.* Virgil. 11. Æn.

Cruditas *atis, f. Ventriculi vitium, cibum agrè concoqventis,*

tis, Vndauligkeit. Cic. de senect. vid. Apepsia.

Crudus a um, rohe/ *Quidam à cruore dictum putant, quod propriè recens & acerbum significat*, ut: *Crudum vulnus*, h. e. *recens*. Plin. epist.

b *Crudum, nondum coctum*, ut. *Cruda caro*, roh Fleisch.

c *Alvus cruda, qva crudum cibũ egerit, ut in Lienteria*. Cato.

d *Cibi crudi*, unverdauliche Speisen Juv. Sat.

e *Homo crudus*, i. e. *qvi stomachum habet crudum*. Cic. 2. de Fin.

f *Cortex crudus*, pro *viridi*, grüne Rinde Virg. 9. Æn.

g *Crudus ensis*, pro *crudeli vel cruento*, ein grausam oder blutiges Schwert. Virg. 10. Æn.

h *Fatum crudum*, ein schwerer Zustand. Sil. l. 13.

i *Crudus homo*, ein mürrischer ungeheuerer Mensch.

k *Cruda poma*, i. e. *immatura*, unreiffe oder unzeitige Aepffel.

Cruda uva, unreiffe Weinbeer. l. 27. §. 25. ff. ad Leg Aqvil.

l *Crudum saxum*, ein rauher harter Felß. Valer. l. 2. Argon.

m *Crudum & immotum solum*, wüstes und ungebautes Erdreich. Colum. l. 2. c. 2.

n *Cruda metalla*, rohes Ertz.

Cruento *as, are, cruore inficere*, blutig machen/ mit Blut besu-

delen/ut: *Manus suorum (civium) sangvine cruentare*. Corn. 464.

b *Cruentare Remp. vulneribus*. Cic. post. red.

Cruentus *a um*, blutigt/schweissigt/ut: *Arma cruenta*. Ovid.

Cruenta atq; luctuosa victoria. Sallust.

b *Cruentus* pro *crudeli*, grausam/ ut: *Cruentus hostis*. Stat. 9. Theb.

c *Cruenta tempestas campi*. Claud. 6. Pan.

Cruma *vid.* Crusma.

Crumena *æ, f. loculus*, ein Seckel/Tasche/Beutel/ut: *Crumena deficiens*, ein leerer Beutel.

Crumenarius *ii, m. qvi crumenas conficit*, ein Seckler/ Taschenmacher/ Beutler. Zehner. Nomencl.

Crumeniseca *æ, m. qvi crumenas aufert*, ein Beutelschneider/Spitzbub.

Crumenula *æ, f. Diminut. parva crumena*, Beutelein/ Säcklein.

Crumina, *sacculi genus*. Festus.

Cruor *oris, m sangvis, qvi ex vulnere spargitur*, Blut/ Schweiß/ (*venatorius dicitur*) Farb/ut: *Ferarum cruor*. Ovid. 3. Metam.

b *Largus it cruor*, es blutet sehr. Valer. l. 6. Argon.

Cruralis *e, c. ad crus spectans*, ut: *Crurales fascia*, (*alii legunt cru-*

crurales) l. 25. §. 4. ff. de aur. & argent.

Cruralia vasa, i. e. *vena & arteria crurum*.

Cruricrepidæ à Plauto in Trinum. *dicuntur, qvibus crura crepuerunt ferro*.

Crus *cruris, n.* Schenckel/ Schienbein/ut: *Crura alicui suffringere*, einem die Beine brechen. pro S. R. XIIX.

Crurum tenus, biß an die Schenckel. Solin. 217.

b *Crus arboris*, i. e. *truncus*, der Stamm.

c *Crura* in Geometria *sunt termini comprehendentes angulum*. Marg. Philos.

Crusculum *i, n. parvum crus*, ut: *Crusculum formicæ*. Mart. l. 13.

Crusma *atis, vel* cruma, *n. erat instrumentum qvoddam tintinabulis refertum, qvo mulieres oblectabantur; dictum à crepando, qvem sonum emittere videbatur, dum pulsaretur*, ut: *Edere lascivos & Batica crusmata gestus*. Martial. l. 6. *Batica autem vocat crusmata, qvod mulieres Hispaniæ uti iis solerent, qvemadmodum hodiè etiam Venetæ puellulæ, vocant autem suâ linguâ, un' cymbalo*.

Crusta *æ, f.* ein Rinde/Schale/ ut: *Crusta panis*, Brot-Rinde.

b *Crusta est, qvâ qvid integitur*, ut: *Locusta crusta fra-*

gili muniuntur in eo genere, qvod caret sangvine. Plin. l. 9. c. 30.

c *Crusta in parietibus & pavimentis dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriusve materiæ segmenta*. Plin l. 35. c. 12. & l. 17. §. 3. ff. de action. empt. & vend. it. Vitruv.

d *Crusta in vasis aureis argenteisve dicebantur, qvæ ex diversi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis*, i. e. *lamina aurea, vel emblemata innectebantur, qvæ inde crustata appellabant*. Cic. *It.* l. 32. ff. de aur. & argent.

e *Crusta glaciales*, Eißschollen. Virg. 3. Georg.

f *Crustas* chirurgi *appellant duros qvosdam cortices, qvibus vulnera ulcerave obducuntur*, Grinder.

Crustarius *ii, m. qvi crustâ operit*, ein Tüncher/ Gypser/it. ein Täffeler. Plin. l. 33. c. 12.

b *Crustarii, qvorum artificio vasa crustis illigabantur, vid.* crusta. (d)

Crustarius *a um*, ut: *Crustaria taberna*. Festus.

Crusto *as, are, crustam inducere*, überziehen/ übertünchen. Plin. l. 36. c. 6.

b *Crustata animalia*, i. e. *crustis intecta, ceu sunt cancri, testudines, &c.* Plin.

Crustosus *a um, qvod crustam habet*, rindigt/ rüfftigt. Plin. l. 12. c. 9.

Cru-

Crustula æ, f. diminut. ut: *Crustula marmorea.* Apulej.

b *Crustula ulcerum,* Grinder. Plin. l. 22. c. 25.

Crustularius ii, m. ein Pastetenoder Kuchenbecker. Senec. in ep.

Crustulata æ, f. vel:

Crustulum i, n. *placenta genus,* eine Pastete/ Kuche. Spartian.

Crustum i, n. *edulium aliqvod notat.* Virg.

Crustuminum, *oppidum juxta Vejos.* hinc

Crustumina pyra. Plin. l. 15. c. 15. & Colum. it.

Crustuminum vinum laudatissimum.

Crux *crucis, f. lignum* dicitur *decussatum,* seu in formam Græci X compactum, *cui affigebantur damnati,* ein Creutz/ ut: *In crucem tollere,* an ein Creutz hängen. VII. Verr. Curt. 2189.

b *Crux pro ipso supplicio crucis,* die Creutzigung/ ut: - - *Etiam, si in crucem vis pergere, Sequi decretum est.* Casin. Actus 1. v. 6.

Dedam te discipulam cruci, i. e. *suspendam te, faciamque, ut crux discipulam te scribere doceat, & longam unam literam facere.* Aul. 1, 1, 20.

c *Crux* dicitur, *quicqvid nos cruciat, torqvet, affligit,* ut: *Et illis crucibus, qvæ nos nostramq; adolescentiam habent despicatã* Eun. 2, 3, 91.

d *Constituere sibi ipsi crucem,* ihme selbst ein Creutz schnitzen/ sich selbst peinigen. Qv. Fr.

Crypsis is, f. κρύψις, *occultatio,* ut: *Crypsis Ethica, est veritatis occultatio.*

Crypsorchis is, i. e. *testiculi vel testiculorum recessio.* Galen.

Crypta æ, f. ἡ κρύπτη, *locus abditus & concameratus,* ein Gewölb / Keller / it. ein gewölbet Grab/ ein Galeryl/ Mine / bedeckter Weg. Juv. Sat. 5. Vitruv.

Crypticus syllogismus, cryptica propositio; cum aliqvid aut deficit, aut redundat, aut transponitur.

Cryptographia *vid.* Grammatica

Cryptoporticus, f. *Subterranea porticus, cum amplis fenestris, qvâ refrigerandi gratiâ per æstatem utebantur.* Plin. epist.

b *Cryptoporticus* dici etiam potest *porticus undiqve septa, & qvasi sepimento parietum abscondita, tanqvam subterranea.* Plin. l. 5. ad Apollinar.

Crystállinus *a um, qvod est ex crystallo,* ut: *Poculum crystallinum,* ein Crystalliner Becher. Juven.

b *Crystallinus,* i. e. *similis crystallo,* ut: *Crystallinus humor (in oculo.)*

Crystallina tunica, qvæ ambit crystallinũ humorẽ. Vesling.

Crystallion, *herba aliàs Psyllium.* Plin. l. 25, c. 11.

Crystallisátio *onis, f. est in crystallinas formas reductio.*

Crystallíso *as, are, proprium est salium, qvibus & tartarum, saccharumq; addere licet. Videlicet hæc in liqvore æqveo soluta, si in frigidum locum reposita fuerint, concrescunt in crystallos.* Schröd. Pharm.

Crystallum i, n. vel

Crystallus i, f. *lapis transparens est, aqvam in glaciem congelatam, omninò referens,* eine Crystall. *vid.* Boet. de Boot. & Schrod. Pharm.

b *Crystalli dicuntur medicamenta qvædam, qvæ crystallisatione formam crystallinam referunt,* e. g. *Crystalli tartari, Saturni, Lunares, &c. de qvibus* Chymici.

Ctenes, κτῆνες, *dentes qvatuor medii, qvi cibum conterunt.*

Cteniatrós, κτηνιατρὸς, *Medicus jumentorum & pecorum, qvem* Colum. & Varro *veterinarium vocant,* ein Kühartzt.

C. V. *in notis antiqvorum notat, centumvirum, vel clarissimum virum, vel cæsam virginum.*

CVI. *cujus,* CIVI. *civitas,* CUL. *cultores.*

CUR. *Curiorum vel curiarum, vel cursor.*

C. X. IN. ARG. *Cubitos decem invenies argentum.*

C. XX. IN. AUR. M. *Cubitos viginti invenies aurum mirabile.*

Cuba, *à Sabinis vocatur lectica; unde derivatum esse videtur cubiculum.* Festus.

Cubatus *tus, m. cubandi sive dormiendi actus.* Plin. l. 10. c. 57.

Cubebæ *arum, pl. f. vel Qvabeba fructus sunt aromatici,* Cubeben. Schröd. Pharm.

Cubicularis *e, c. qvod pertinet ad cubiculum,* ut: *lectus cubicularis.* Cic. 5. Tusc.

Cubicularis *is, m.* pro *cubiculario.* Svet. in Neron.

Cubicularius *a um,* ut: *Cubicularia lucerna,* ein Nachtliecht Mart. l. 14.

Cubicularius *ii, m qvi in cubiculo ministrat,* ein Kämmerling / Kammer-Diener. Cic. 5. Verrin. l. 203. in fin. ff. de V. S.

b *Cubicularios novissimi interpretes appellant Secretarios secretariorũ.* l. 65. ff. de leg. III.

Cubiculum *i, n. Locus, in qvo cubile sternitur,* ein Schlaff-Kammer. Terent. Cicer. & l. 15. ff. de condit. & demonstr.

Cubicus *a um, ad cubum pertinens,* ut: *Radix cubica sive numerus cubicus est, qvi constat ex ductu numeri alicujus in seipsum, & deinde ex ejusdem numeri ducti in productum.* Arith. in Marg. Philos.

Cubiformis *e, c.* in Würffelsgestalt / ut: *Cubiforme os*

tarsi, das Würffelformige Bein d Fußwurtzel. Vesling.

Cubile *is*, *n. pro lecto sumitur, quod in eo cubetur*, ein Bett/ Lager/ut: *Fatigatis humus cubile est*, wer müde ist/ schläfft auch auff der harten Erden saufft. Curt. 152.

b *Cubile* pro *toro*, *duplex usurpare cubile dicitur mulier, cum adulteratur*. Cic.

c *Cubilia & nidi gallinarum & avium*, Hüner- und Vogel-Näster. Cic. 1. de Nat. deorum.

d *Cubilia, loca in quibus fera cubare solent*, Höhlen/ Klüffte/ Läger/ut: *Cubilia ferarum moliri*. Qvint. l. 2.

e *Cubilia rimosa*, pro *alveariis*. Virg. 4. Georg.

f *Dura cubilia ferri eruere*, i. e. *Ferri fodinas effodere*. Valer. l. 5. Argon.

g *Cubile salutatorium, in quo simulacra deorum imponi solebant: quod & Lararium dicebatur*. Plin. l. 15. c. 11.

h *Cubile etiam dicitur de structura*, ut: *Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili*. Plin. l. 26. c. 14. *it*. Vitruv. l. 2. c. 8.

Cubitale *is*, *n. vel* cubital *fulcimentum vel ornamentum cubiti*, der Elenbogen Zierde. Horat.

Cubitalis *e*, *e. unum cubitum altus*. Elen hoch. Plin.

Cubito *as*, *are*, *sæpe cubare*, offt schlaffen ligen.

b *Cubitare cum aliquo*, i. e. *juxta aliquem dormire*, neben einem schlaffen/ut: *Propter, nescio, quam timiditatem & nocturnos metus tecum semper pusio cum majore sorore cubitavit*. pro M. Cæl. XVIII.

Cubitor *oris*, *m. qui sæpius cubare solet*, ut: *Bos cubitor*, ein Ochß/ der sich offt niederlegt/ wenn er arbeiten sol. Colum. l. 2. c. 2

Cubiteus *a um*, idem ac *cubitalis*, ut: *Cubiteus ramus vena basilica*. Vesling.

Cubitus *i*, *m. vel* cubitum *i*, *n. curvatura brachii, ubi lacertis jungitur*, der Elenbogen/ ut: *Levare corpus in cubitum*, sich auff den Elenbogen auffrichten. Curt. 224.

Inniti cubito, auff den Elenbogen sich lehnen. Virgil.

b *Cubitus*, pro *mensurâ cubiti*, eine Elle/ ut: *Octo cubitorum spacium crassitudine aquare*, acht Elen dick seyn. Curt. 854.

Cubitus *us*, *m. actus cubandi*, das Ligen auff dem Rücken/ *cubitus pronus*, das Ligen auff dem Bauch/ *cubitus ad latera*, das Ligen auff der Seiten. Plinius.

Cubitum *u*, *Supina à cubo*, ut: *primus cubitu surgat, postremus cubitum eat*, er (der Hoffmeister) sol der erste auffseyn/ und am letzte zu Bette gehen. Cato de off. villic. l. de re rust.

Cu-

Cubo *as*, *cubui*, *cubitum*, *cubare*, *idem qvod jacere*, ligen/ ruhen/ ut: *Cubare in lecto*. Plaut. Casin.

b *Cubare* pro *ægrotare*, bettlägerig oder kranck seyn. Horatius.

Cubus *i*, *m.* (*tessera*,) *est corpus solidum, sex qvadratis æqualibus contentum*, ein Würffel. Geometr.

b *Cubus* pro *numero cubico*, Arithmeticis *dicitur, qvomodo 27. cubus est radicis 3.*

Cucubo *as*, *are*, *proprium est vocis noctuæ*, schreyen wie eine Nacht-Eule. Aut. Philom

Cuciofera *æ*, *f. arboris species, similis Palmulæ*. Matthiol.

Cuculio *onis*, *m. est genus pilei viatorum, qvo capite obtecto vagari nocte solent*, ein Reise-Haube/ Rebelkappe. Jul. Capitolin.

b *Cuculionem* pro *cucullo videtur accipere* Cato c. 2.

Cucullus *vel* cuculus *i*, *m. avis nota*, (ein Gukuk.) *Qva nidum sibi proprium non struit, sed ovum suum in alieno, ac plerunq; curruca deponit nido. Fœtus autem posteaqvam exclusus est, pullis cæteris cibos omnes præripit, deinde eos una cum matre devorat*. Arist. l. 9. de nat. animal. *Hinc* Proverb. *Ingratus cuculus*, ein undanckbarer Gesell. Erasm.

b *Cuculum maritum vocat mulier* apud Plautum. *qvod cum alienis dormiret uxoribus, sicut avis cuculus*. Asinar.

c *Cuculus, piscis est*, ein Rebfisch/ Rotbarb. Gesner.

d *Cucullus, capitis tegmen*, eine Haube/ Regenhut/ Rebelkappe. Juven.

e *Cucullus* pro *papyraceo tegmento, qvo pigmentarii utuntur, sumitur*, eine Düte. Martial. l. 3.

Cucullatus *a um*, *cucullo indutus*. Colum. l. 11. c. 1.

Cucuma *æ*, *f. vas æneum calefaciendæ aqvæ idoneum*, ein Kessel/ Tiegel. Petron. Arbiter & l. 1. §. 3. ff. ad leg. Cornel.

Cucumella *idem ac* cucuma.

Cucumer *vel* cucumis, *cucumeris*, *m.* Gurken/ Kümmerling/ Cucumern/ ut: *Cucumis sativus sive esculentus*, Pancov.

b *Cucumis sylvestris sive asininus*, wilde Cucumern/ Esels-Kürbs/ Springgurken. Matthiol.

c *Cucumeres longi & flexuosi*, lange Gurken.

d *Cucumis, genus piscis*. Plin. l. 32. c. 11.

Cucumerarium *ii*, *n. locus, in qvo sunt cucumeres*.

Cucupha *æ*, *f. est cataputium medicamentis cephalicis repletum*. Morell. de præscrib. form.

Cucurbita *æ*, *f. Planta notissima*, ein Kürbs/ ut: *Cucurbita sativa, variant magnitudine cola-*

colore & figura. Schröderus.

Cucurbita sylvestris, vid. Colocynthis.

b *Cucurbita notat instrumentum pharmacopoëticum, est vas plerunq; turbinatum, in cucurbitæ vel pyri formam utere turgescens,* ein Kolbe.

Cucurbitarium *ii, n. locus, in quo seruntur cucurbitæ.*

Cucurbitinus *a um, similis cucurbitæ,* gestalt wie ein Kürbiß/ ut: *Pyra cucurbitina.* Cat

Cucurbito *as, are, cucurbitare dicitur vasallus, qui domini uxorem adulterat, vel ad crimen istud saltem solicitat, turpiter tentat, affectat; item filiam, neptem, nurum, aut sororem ejus polluit.* Zasius de feud. privat.

Cucurbitula *æ, f. est, quam nos* ventosam *dicimus, quâ medici utuntur ad sanguinem levi scarificatione educendum,* ein Badekopff. Cels.

Cucurio *is, ire, gallorum gallinaceorum proprium est,* krähen wie ein Hahn/ ut: *Cucurrire solet gallus,* der Hahn pfleg zu krähen. Aut. Philom.

Cudo *cudi, cusum; cudere,* idem qvod *ferire, percutere,* schlagen/ ut: *Cudere nummos vel argentum,* müntzen. Mostell.

b *In me cudetur hæc faba,* i. e. *in me recidet hoc malum,* es wird mir gelten. Eun. 2, 3, 89.

Cudon *onis, m.* κύδων, *pellem crudam significat, qvâ vice galea nonnulli solebant uti, ad munienda capita.* Sil. l. 8.

Cujâs *atis, Pronom. interrogat. cujus nationis, seu gentis, vel secta,* ut: *Cujâs es?* woher bist du / oder was bistu für ein Landsmann?

Cujates Philosophi estis? Stoïcine, an Epicurei? Vall. l. 2.

Cujatis & hoc cujate, dicebant veteres. Plaut. Curcul.

Cujus *a um,* wem zugehörig? ut: *Cujum puerum hic apposuisti?* Ter.

Cujum pecus, wem stehet das Vieh zu? Virg. Ecl.

Cuja res est? Cic. 5. Verr.

Cujuscunqvemodi, ut: *Non solùm cives, sed cujuscunqvemodi hominum,* nicht nur Bürger / sondern allerley Volck. Sallust. in Catilin.

Cujusdammodi, etlicher massen/ ut: *Si fissum cujusdammodi in secore fieret.* Cic. de divin.

Cujusmodi, pro *qvalis* scitè dicitur. l. 5, 2.

Cupio cognoscere iter tuum cujusmodi sit. lib. 15. ep. 20.

Cujusqvemodi, pro *omnis generis,* allerley / ut: *Cum enim fertur, qvasi torrens oratio, qvamvis multa cujusqvemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas.* Cic. 6. Verr.

Culcitra *æ, f.* dicitur *omne stragulum, in qvo aliqvid qviescendi gratia inculcatum est,* etc.

oder zum postiren destimpt. l. 19. C. de curs publ.

Cursura *æ, f.* idem qvod *cursus,* ut: *Equi idonei ad cursuram.* Varr.

Cursus *us, m. ipse currendi actus,* ein Lauff/ ut: *Qui si conservatus erit, vicimus: sin (qvod dii omen avertant) omnis omnium cursus est ad vos.* Cic. ad Cass. l. 12, 6.

Cursum direxit, qvò intendebat. Corn. 14.

b *Cursus rerum,* der Verlauff/ wie es hergangen. l. 4. C. de episc. & cler.

Perspicis, qvi cursus rerum futurus sit, du siehest wol / wie die Sach ablauffen werde. Lib. 4. Epist. 2.

c *Cursus,* i. e. *fluxus,* ut: *Aqvarum cursus.* Virg. 4. Georg.

Cursus menstrui, i. e. *fluxus menstruus.* Plin. l. 11. c. 39.

d *Cursus* pro *motu,* ut: *Cursus Lunæ.* Liv. 1. U. C. & Cic. 2. de natura deorum.

e *Cursus* pro *modo vivendi.* Plin. in Panegyr.

f *Cursus honorum,* i. e. *tempus gerendorum honorum.* Bud

Curtius *ii, m. Historicus nobilis, qvi de rebus gestis Alexandri Magni scripsit historiam.*

b *Curtius adolescens nobilis Romanus.* Plutar. & Liv. l. 6.

Curtius *a um,* ut: *Curtius lacus, sive Curtii lacus, qvia eo in loco Curtius in profundissimū se, ob salutem populi Romani, projecit hiatum.* Festus.

b *Curtius fons insigni aquæ ductu memorabilis, ut qvi qvadragesimo lapide in urbem fuerit perductus.* Plin. l. 36. c. 15.

Curto *as, are, diminuere,* verò kürtzen / kürtzer machen. Horat. 2. Serm. Sat.

Curtus *a um, parvus, diminutus,* gering.

b *Curta sententia,* i. e. *imperfecta,* eine unvollkommene Meynung. Cic. 4. de Fin.

c *Curta res, supellex,* geringes Vermögen / ut: *Curtæ, nescio, qvid semper abest rei,* wo wenig zum besten ist/ da fehlt es hinten und forn. Horat. 3. Carm.

Tecum habita, & noris, qvàm sit tibi curta supellex, greiff in deine eigene Saltzmesten/ oder geh in deine eigene Küchen / so wirstu befinden / wie so wenig drinnen ist. Pers. Sat. 4.

Curvamen *inis, n.* i. e. *curvatio seu curvitas,* Krümung. Ovid.

Curvatio *onis, f. flexio,* ut: *Curvatio vitis.* Colum. l. 4. c. 12.

Curvatura *æ, f. curvatio, flexio,* Krümmung/ Biegung. Plin.

Curvesco *is, ere, curvus fio, hujus Compositum est incurvesco, qvo usus est* Cic. 3. Tusc.

Curvifrons, *qvi frontem habet curvatam, ut pecudes.* Pacuvius apud Nonium.

Curvipes, *qvi curvos pedes habet,* krumbfüssig. Sipont.

Curulis *e*, *c. deducunt à curru*, ut: *Sella curulis, quæ ex ebore facta erat in ipsis curribus, quâ vehebantur magistratº majores, & in ea sedebant.* Hor. 1. ep.

b *Curules*, i. e. *magistratus, qui curulibus vehebantur.* Stat. l. 4 Sylv.

c *Curules equi, quadrigales*, inqvit Festus. & l. 5. C. de spectac. l. 7. C. de num. actuar.

Curvo *as, are, curvum efficere*, krümmen/biegen/ut: *Curvare lances.* Horat.

b *Curvata cuspis.* Ovid. 2. Metam.

c *Ignes curvati*, i. e. *splendorem curvorum cornuum Lunæ referentes.* Horat. 4. Carm.

Curvus *a um, inflexum atq; contortum*, krumb/gebogen/ut: *Curva falces.* Virg. 2. Georg.

b *Curva anus*, ein altes Weib/das krumb und gebückt gehet. Ovid.

Curva senectus. Ovid.

Cusculium *vide* Qvisqvilium.

Cuscuta *vide* Cussutha.

Cuso *as, are, frequentat. à cudo*, schmieden. *hinc* accuso.

Cusor *oris, m. qvi monetas cudit*, ein Müntzschläger/Müntzer. Livius.

Cuspidatim, *Adverb.* i. e. *acutè sive cuspidis in similitudinem*, Spitzenweiß. Plin.

Cuspidatus *a um, cuspidem habens*, gespitzet/spitzig gemacht. Plin. 18. c. 19.

Cuspido *as, are, cuspide instruere*, spitzig machen/zuspitzen. Plin. l. 11. c. 37.

Cuspis *idis; f. acuta illa pars gladii, hastæ, clavi, & hujusmodi*, eine Spitze. Ovid. Virg. &c.

b *Cuspis regalis, sive cor cœli, dicitur ab Astrologis decima domus, in themate cœli.* Marg. Phil.

Custodela, *à veteribus dicebatur custodia.* Festus.

Custodia *æ, f. ipse* est *custodiendi actus*, Huth/ut: *Custodia fida justitiæ.* 2. de Fin.

b *Custodia*, idem qvod *carcer*, Gefängnis/ut: *Custodia liberari.* Corn. 149.

Tradere aliqvem in custodiam, einen in gefängliche Hafft bringen. III. Catil. VI.

c *Dare seipsum in custodiam*, sich selbsten in Gehorsam stellen. I. Catil. IX.

d *Nominatim in custodiam aliqvos dare*, absonderlich etliche ins Gefängnis legen. IV. Catil. III.

e *Custodia* dicitur *id, qvod custoditur*, ut: *Ne qvis receptam custodiam sine caussa dimittat*, damit nicht jemand das/was ihm zu verwahren befohlen/ohne Vrsach begebe. Svetonius.

Si custodia se interfecerit, vel præcipitaverit, militis culpæ ascribitur, wenn der Gefangene sich selbst tödet oder stürtzet/gibt mans dem Soldatē schuld. Svet.

f *Cu-*

f *Custodia arum*, pro *ipsis custodibus & apparitoribus*, die Wacht/ut: *Præesse custodiæ arcis*, die Schloßwacht haben. Curt. 86.

Custodiis locum aliqvem munire, einen mit Wachten verwahren. V. Catil.

Vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. II. Catil.

g *Custodia* pro *iis, qvi in custodia sunt rei, qvi custodiuntur aut in carcere aut à militibus asservantur*, gefangene Leute l. 12 ff. de publ. jud. l. 6 ff. de offic. proconf.

h *Custodia qvoq; diligentem curam, & , qvalem diligentiam bonus ac fidelis paterfamilias in rebus suis præstare solet, significat* l. 35. §. 4. ff. de contr. empt.

Custodio *is, ivi, custoditum, custodire* est *servare*, bewahren/ut: *Ab injuria aliqvem custodire.* Qvintil.

Fac, ut diligentissimè te ipsum custodias, nimb dich selbsten wol in acht. Lib. 9, 14.

Custodiendam urbē aliqvam alicui relinqvere, einem eine Stadt zu verwahren hinterlassen. Curt. 112.

b *Custodire diligenter* pro *vincire* l. 1. ff. de fugit.

c *Custodire*, pro *observare.* Colum. l. 3. c. 10.

Custoditè, *Adverb.* behutsam/fürsichtig. Plin. junior.

Custoditio *onis, f. est opera ad aliqvid custodiendum, data.* Sipontin. ex Festo.

Custos *odis, c.* ein Hüter oder Hüterin/ut: *Novi fœtus (delphinorum) à majoribus datur adultior gregi custos*, die alten Meerschwein geben denen jungen ein erwachseners zum Hüter zu. Solin. 371.

Custodes corporis, Leibschützen. Curt. 49.

b *Custos*, ein Wächter/ut: *A custodibus se subducere.* Cornelius 192.

c *Custodem fructus servandi gratia imponere*, ein Flurschützen bestellen. Corn. 158.

d *Custodes apponere.* Corn. 293.

e *Custos regiæ gazæ*, königlicher Schatzmeister. Corn. 383.

f *Custos in vitibus qvi dicatur, docet* Colum. 4. c. 21.

g *Custodes*, i. e. *observatores, qvi actiones notant, animadvertunt, & qvasi speculantur.* l. 3. de administr. tut.

Cuticula *æ, f. pellicula, qvæ exterius cutem operit*, das Häutlein. Vesling.

Cutis *is, f. pellis sive corium*, die Haut

b *Cutis arboris*, Baumrinde. Plin. l. 12. c. 19.

c *Cutis uvæ vel ceraſi.* Plin. l. 15. c. 28.

Cyamea *æ, f.* κυάμεια *gemma, qvæ fracta fabæ similitudinem præfert.* Plin. l. 57. c. 11.

Cyamus, κύαμος, *faba, genus*

leguminis, à cujus esu Pythagorā religiosissimè ferunt abstinuisse, Bohne. Ruell. l. 2.

b *Cyamos herba Ægypto peculiaris, vid.* colocasia.

Cyane *es, virgo Syracusana, vid.* Cyanippus.

b *Cyane Nympha nomen, quæ Proserpinæ comes fuit.* Ovid in Metam.

c *Cyanè, oppidum Lyciæ.* Plin. l. 5 c. 27.

Cyanéa *sive* Cyanee, *Nympha quædam, filia Maandri fluvii, quam ex Mileto Phœbi filio Biblidem & Caunum gemellos genuisse fingunt.* Ovid. l. 9. Metam.

Cyanippus, *Syracusanus, Soli Baccho sacra facere neglexit, iratus deus ebrietatem incussit, quæ tanta fuit, ut occurrentem filiam, Cyanen, quanquam reluctantem, violârit. Hunc postmodum grassante peste, Cyane filia mactasse fertur.* Plutarch.

Cyaneus *a um, cœruleus,* Himmelblau/ut: *Cyanea penula.* Varro.

Cyanus *i, m. gemma est, quæ à recentioribus gemmariis Turchina vocatur,* ein Türckiß Plin. *Nonnulli putant Plinii Cyanum esse nostrum Sapphirum.* Boët. de Boot.

b *Cyanus, flos in frumentario nascens agro;* Kornblumen, *vid.* Baptisecula.

Cyathisso *as, are, est cyatho vinum bibendum admetiri,* etn schencken. Bud.

Cyathus *i, Vasculum, ex quo bibere solemus,* ein Becher. Plin.

b *Cyathus ponderis genus, valens per se drachmas decem.* Plin. l. 21 c. 34.

c *Cyathus mensuræ genus.* Colum. l 8. c. 4.

Cybarsia, κυβαρσία, à Polluce l. 5. c. 16. *posita inter ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem esse volunt cum* Anaxyride, *de qua supra.*

Cybéa *æ, f. genus navis onerariæ.* Cic. 7. Verr.

Cybele, *es, vel* Cybeles *is, vel* Cibelle *uxor Saturni fingitur materq; deûm.* Festus.

Cybernesia, κυβερνήσια *festa sunt, à Theseo, ex Creta redeunte, instituta.* Cæl. l. 18, c. 17.

Cybocides κυβοειδὴς, *ossis in pede genus.* Galen. l. de oss. c. 24.

Cybirates *vel* Cybirata *nomen gentile.* Cic. 6. Verr. *hinc:*

Cybiraticus *a um,* ut: *Cybiratica cantica.* Cic. 6 Verr.

Cybistema *n. genus saltationis & exercitii dicitur à Luciano,* das überbortzeln. Bud. in ann.

Cybisteteres, κυβιστητῆρες, *Urinatores dici possunt, qui aquarū gurgites subeunt,* Täucher.

b *Cybisteteres etiam saltatores quidam appellati sunt, qui in caput convolvi, manibus pedibusq; adductis, didicerant.* Bud.

Cy.

Cybium, *dictum, quia ejus medium æquè patet in omnes partes, quod genus à Geometris κύβος dicitur. Unde etiam tessella quadrata* κύβοι. Festus

b *Cybium genus piscis, quod ita scissum est, ut medium æquè pateat in omnes partes, ad similitudinem tesserarum.* Plin.

Cychramus, *avis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatū præstat.* Plin. l. 10, 23.

Cychreus, κυχρεὺς, *Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem serpens cognominatus est: ab hoc Salamina Insula aliquando Cychrea appellata est.* Stephan.

Cyclades, *Insula, in mari Jonio sic dictæ, quòd circa Delon, earum clarissimam, in orbem sitæ sint.* Plin.

Cyclamen *inis, n. vel* Cyclaminus, *panis porcinus,* Säubrot/ Erdäpffel. Matthiol.

Cyclas *adis, f. Vestis fœminea, quæ in modum veli tectum corpus muliebre circumdabat,* ein Wetber-Rock. Juv. Sat. 6.

Cyclicus *a um,* ut: *Cyclicus scriptor.* Turnebus *censet epicum poëtam rhapsodum significari; Acron verò putat Cyclicum esse, qui ordine variare nescit, vel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus.*

Cycloborus, κυκλόβορος, *fluvius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Hinc* Prov. *Cyclobori vox; de clamosis & vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa, raucaque.*

Cyclometria *æ, f. Metrica circuculi dicitur.* Marg. Phil.

Cyclopéæ *spelunca post Nauplium sunt, & in illis labyrinthorum ædificia* Strab. l. 8.

Cyclopéus *a um,* κυκλώπειος *vel* **Cyclopicus** *a um, à Cyclope,* ungeheuer/ ut: *Cyclopea tela,* i. e. *fulmina.* Claud. 1. de rapt. Proserp.

b *Cyclopea fames,* i. e. *immensa* Claud. in Eutrop.

c *Cyclopica vita,* i. e. *barbarica,* ein gottloses/wildes/ wüstes Leben.

Cyclops *opis, vid.* Polyphemus.

b *Cyclopes,* (ut ait Theophrastus,) *fabricam ærariam inveniisse dicuntur. Proinde pœtis ministri Vulcani in Sicilia unoculi dicti.* Virg.

c *Cyclopas impios, barbaricos, & truculentos dicimus; talem enim esse se, Polyphemus affirmat.* Odyss. l. 9.

Cyclus *i, m.* κύκλος. *Circulus,* ein Circul.

b *Cyclus solaris,* (in Computo,) *qui & periodus primaria Solis dicitur, est circumvolutio, qua annorum extrema, pro Solis & Luna cursu æquando, ad idem recurrunt principium.*

c *Cyclus decennovalis dicitur primaria periodus Lunæ, aliàs*

liàs aureus numerus, qui est spacium 19. annorum, intrà quod Luna ad pristinos Sol.s aspectus, iisdē diebus anni redit. Comput.

d *Cyclus Epactarum est periodus primaria respectu utriusque Solis & Lunæ, qui statuitur numerus annorum, nunquam major 30*

e *Cyclus Indictionum est systema 15. annorum seu trium lustrorum, quo exacto exigebantur tributa à singulis provinciis, Romano imperio subjectis.*

Cydon *onis*, *Cretæ insulæ urbs.*

Cydonius *a um*, ut: *Cydonium cornus.* Ovid. 2. Metam.

b *Cydonium malum*, *vid.* Cotoneum.

Cydonites, *vinum ex malis Cydoniis seu cotoneis factum.* Dioscor. l. 5. c. 20.

b *Cydoniten*, Pallad appellat. *cibum ex cydoniis decoctis & melle confectum*, *Cotoneatum* vulgò *dicitur.*

Cygnéus *a um*, ut: *Cygnea cantio*, *sive vox*, *Proverb. Quod convenit in eos*, *qui supremo vitæ tempore facundè disserunt*, *aut extrema senecta suaviloquentius scribunt.* Erasm.

Cygnus *i*, *m. Neptuni filius*, *omni ex parte invulnerabilis. Fabulam de hoc habet* Ovid. 12. Metam.

b *Cygnus*, vel *cycnus avis*, *aliàs olor*, ein Schwan. *Hanc cum terminus vitæ instat*, *sua vocissimam edere vocem*, *traduntur*, *unde & cygnea cantio.* Martial.

Cygni providentes, *quid in morte boni sit*, *cum cantu & voluptate moriuntur.* Cic.

Cylindraceus *a um*, *quod factum est ad similitudinem cylindri.* Plin.

Cylindracea superficies. Geometr.

Cylindraceum speculum, ein Cylinder-Spiegel.

Cylindrus *i*, *m. Columna lapidea rotatilis*, *quâ rei rusticæ scriptores aream æquari jubent*, ein Walze. Virg. 1. Georg.

b *Cylindri lapilli sunt teretes & oblongi atq; volubiles*, *instar ejus columnæ*, *qua utimur æquandis areis.* Plin. l. 37. c. 5.

c *Cylindrus instrumentum pistorum*, ein welger Holtz. Oeconom. Marg. Phil.

Cylix *poculum*, *vid.* calix.

Cyllenius, *Mercurius dictus*, *autore* Festo, *quod omnem rem sine manibus sermo conficiat*, *quibus partibus corporis qui carent*, *κύλλοι vocantur*; *Ideoque quadratum illum fingunt. Alii volunt sic appellatum*, *quod in Cyllenia via sit nutritus: alii quod in monte Arcadiæ Cyllene*; *alii quod à Cyllene sit nympha educatus.*

Cyllo *onis*, *videtur idem significare quod mutilus*, *debilis*, *& cui crassa sunt genitalia.* Cic. in Salust.

Cyma *æ*, *f. cymæ dicuntur teneri cauliculi Iuli*, die Sprossen am Kohlkraut / unde Germ. Keimlein. Plin. l. 19. c. 8.

Cyma *atis*, *n. κῦμα ατος*, *fluctus*, *tempestas.*

Cymatilis, *vestis dicitur*, *quæ colorem refert undarum.* Ovid.

Cymba *æ*, *f.* idem quod *navicula*, ein Kahn / Weidling / ut: *Transire vadum cymbâ.* Juv.

b *Alterum pedem in cymba Charontis habere*, dicitur *homo extremæ decrepitæq; senectæ*, der auff der Gruben gehet / der einen Fuß schon im Grab hat. Τὸ ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχων. Lucian. in Sectis.

Cymbalaria *æ*, *f. herba*, *quam describit* Matthiolus.

Cymbalisso *as*, *are*, *Cymbala quatere*, auff der Cymbal spielen. Nonius.

Cymbalista *æ*, *m. qui cymbala pulsat*, ein Cymbalschläger. Apulej.

Cymbalium, *vid.* Umbilicus Veneris.

Cymbalum *i*, *n. instrumentum musicum*, ein Cymbal. Cic. in Pison.

b *Cymbalum*, *vid.* Lilium montanum.

Cymbula *æ*, *f. parva cymba*, ein kleiner Weidling / Kahn. Plin. epist.

Cymbium *ii*, *n. poculum seu vas*, *cymbæ similitudinem referens*, ein Schifflein / daraus man trinckt / it. eine Mulder. Virgil. 3. Æn.

Cymindis *is*, *f. κυμινδὶς ιδος*, *accipitris genus*, *noctu tantùm volans.* Plin.

Cyminum, *vid.* Caros. (a)

Cymodoce *vel* Cymodocea, *κυμοδόκη*, *Nympha marina Nerei & Doridis filia*, *à placandis fluctibus ita dicta.* Hesiod. in Theog.

Cymothoë, *κυμοθοὴ*, *Nerei filia*, *& uxor Neptuni*, *de quâ* Virg. l. 1. Æn.

Cyna *æ*, *f. Arbor Arabica*, *vestium materiam de se præbens*, *folio palmæ.* Plin. l. 12. c. 11.

b *Cyna*, *Pileus erat Lacedæmoniorum*, *κυνὴ*, *galerus.* Strabo.

Cynacantha, *arbuscula*, *quæ acinos velut uvæ producit*, *vid.* Uva spina.

Cynædus, *κιναιδος*, *valdè impudens*, *instar canum*, ein unverschämbter Hund / ut: *Omnes cynædos esse censes*, *tu quia es*, i. e. *ex tuo impudenti ingenio alios quoq; tui similes esse judicas*, weil du ein unverschämbter Gesell bist / hältest du darvor / jederman sey auch dergleichen. Menæch. 3, 2, 48.

b *Cynædi*, sunt *saltatores sive pantomimi*, Täntzer. Pl. Aul.

c *Cynædi* sunt *pueri meritorii*, Schand-Buben. Catullus.

Cynamolgus *i*, *m. Avis* est *Arabiæ*, *ex cinnami surculis nidum sibi*

sibi construens. Plin. l. 20. c. 33. *Ab Æliano* appellatur *Cinnamomus.*

b *Cynamolgi* κυνάμολγοι, sunt *populi, non procul à Meroë, canes alentes maximos, quibus Indicos venantur boves.* Strabo l. 10. Dicuntur & *canes lacte bubulo gaudentes.* Cæl. 17. 28

Cynanche κυνάγχη, *v.* Angina.

Cynasones, *acus* sunt, *quib⁹ mulieres caput ornant,* Haarnadeln. Festus.

Cynara *vide* Cinara.

Cynea κυνέη, dicitur *pellis canis aquatici, quam capitis tegumento galea vice veteres adhibuisse, palam est: indeq; servatum, ut pro galea dicatur cynea.* Cæl. l. 17. c. 18.

Cynegetica, κυνηγετικὰ *dicuntur volumina de venatione conscripta: extat hoc nomine Xenophontis liber,* Bücher/die von der Jägerey handeln.

Cynetheus, *Jupiter dictus, quoniam venationem Arcades, utpote rudes exercebant. Venandi verò ars* κυνηθία & κυνηγετικὴ, *Græcè vocatur. Quare Cynegetes Jovis potius cognomen, quàm Cynetheum, licet id libentius docti quidam scriptis suis asserant.* Cæl. l. 10. c. 3.

Cynethium *ii, n. Civitas Arcadiæ, ab Æneæ socio, ibi vitâ functo sepultoque. Hinc Cynetenses populi, quos tamen à Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.* Dionys. l. 1. Antiq.

Cynice *es, f.* κυνικὴ pro *Cynicorum Philosophorum secta.* Auct.

Cynici, κυνικοὶ, *cujusdam secta Philosophi, cujus principes Antisthenes, Hercules, & Diogenes. Dicti Cynici vel à Cynosarge gymnasio, ubi versabatur Antisthenes: Vel à* κύων κυνὸς, *canis, quasi canini, quia essent in cavillis, castigationibusque more canum mordaces contra vitia; Vel quia obscenitate, licentiâq; sermonis, rabiem quandam caninam repræsentarent.*

Cyniphis *sive* Cyniphos *fluvius Africæ in Libya, apud quem dicuntur fuisse hirci. Hinc*

Cyniphius *a um,* ut: *Cyniphii hirci, sive cyniphius grex.*

c *Cyniphia pellis,* i. c. *hircina.*

Cynips *iphis,* κύνιψ, *musca minutissima, longis cruribus juxta aquas abundans. Latini muscam caninam vocant,* Hundsmücke.

Cynocephalga, *al.* Antirrhinum. Matthiol.

Cynocephali, κυνοκέφαλοι, *hominum produntur esse monstra, facie canina & latratu apud Indos.* Plin. l. 7. Gell. l. 9. c. 4.

Cynocrambe *es, f. herba,* quæ *aliàs mercurialis sylvestris, eaq; vel mas, vel fœmina,* Wilde Bingeltraut. Matthiolus.

Cy-

Cynodontes *dentes canini, vide Caninus.*

Cynoglossa *æ, vel*

Cynoglossus *i,* est *herba, lingua canis,* Hunds-Zung. Matth.

Cynomaton, *herba* est, quæ alias *dicitur* Chamæleon.

Cynomorion, *vide* Orobanche.

Cynomyia *æ f. musca canina, sugens sanguinem ex bestiis,* eine Hunds-Mücke.

Cynomyia est *herba pulicaris sive psyllion.* Plinius.

Cynops, *herba genus spicatum.* Plin. l. 21. c. 17.

Cynopus, *piscis marinus, autore* Plin. 32 c. ult.

Cynórrhodon *i, n. flos lilii.* Ruell. l. 3. c. 58. *vid. etiam* Cynosbatos

Cynosarges *is, n.* κυνόσαργες τὸ, *Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaica secta princeps Philosophiam solebat profiteri.* Autor Laert. in vita ejus.

Cynosbatos *i,* κυνόσβατος, κυνόῤῥοδος, *Rosa canina, sylvestris, sive arvensis,* wilde Rosen/Feld-Rosen/Heck-Rosen/Heiden-Rosen/Hain-Hecken. Schröd. Pharm.

Cynosorchis *is, herba, vid.* Orchis

Cynosséma, κυνὸς σῆμα, (i. c. *sepulcrum canis,*) *promontorium Hellesponti.* Strabo.

Cynosura *æ, f.* κυνὸς οὐρὰ, *cauda canis,* i. e. *extrema stella in cauda ursæ minoris.* Cic. 2. de nat. deorum.

b *Cynosura,* i. e. *regula certissima, qualis nautis esse solet stella illa Polaris.*

Cynozolon, κυνόζολον, al. *Chamæleon niger.*

Cynthus, κύνθος, *Deli insulæ mons est, in quo nati Apollo & Diana finguntur; unde Cynthia Diana, & Cynthius Apollo.* Virg.

Cypariſſæ *appellantur acies quædam ignea, quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi.* Festus.

Cyparissia, *genus tithymali, maximum.* Plin. l. 26. c. 8.

Cyparissus, *vid.* Cupressus.

Cyperis, *f.* &

Cyperus *m.* wilder Galgand.

Cyphon, κύφων, *genus tormenti, ligneum vinculum, collare.* Cæl. l. 10. c. 9.

Cyprinus *i, m. piscis,* ein Karpffe. *vid.* Carpio.

Cyprinus latus, ein Brachßme/oder Brassen. Gesner.

Cyprius *a um,* ut: *Cypria hirundo, quæ donax vocatur, cujus corticis cineres alopecias curant, item putrescentia ulcera.* Plin. l. 24. c. 11.

b *Cypria Venus, quod ei primum in Cypro Insula templum sit constitutum, vel quia parien-*

Deucalion *onis, m. Promethei filius, Rex Thessaliæ, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio junctus, qvi in diluvio qvodam Thessaliæ Parnassi juga petiisse, atq; ibi ratibus ad se confugientes benignè fovisse, indeqve reparator generis humani à Poëtis fingitur, de qvo* Justinus.

Deucalionéus *a um,* ut: *Deucalioneus imber* Lucan.

Deucalioneæ undæ. Ovid. l. 7. Metam.

Devcho *is, devexi, devectum,*

devehere, idem qvod *vehere,* vel *deorsum vehere,* ut: *Devehere aliqvid aliunde, aliorsum,* von einem Orth etwas zum andern führen Curt. 459.

Devello *is, develli & devulsi, devulsum, devellere,* idem qvod *evellere,* abreissen/ außrauffen / ut: *Laceros devellere crines.* Claud.

Devélo *as, avi, atum, are, velum auferre & detegere,* idem ferè est qvod *revelare.* Cic. 6. Metam.

Deveneror *aris, atus sum, ari,* idem qvod *venerari,* verehren/ in Ehren halten. Ovid.

Devenio *deveni, deventum,* propriè est *ex loco editiore in humiliorem venire,* herab kommen / ut: *Deveni in vallem.* Virg. 4. Æn.

b *Devenire in aliqvid,* i. e. *incidere,* ut: *In eam devenimus fortunam,* es ist mit uns dahin kommen. l. 4, 5.

Devenusto *as, are,* idem qvod *deturpare,* besudeln/beflecken, Gell. 12. c. 1.

Deverbero *as, are,* häfftig schlagen / wol abschmieren / ut: *Qvot me censes homines deverberâsse usq; ad necem, hospites, tum etiam cives?* wieviel meynest du doch/ daß ich Leute biß auff den Tod geschlagen/frembde und einheimische? Ter. Phorm. 2, 2, 13.

Deverbium, *vid.* Diverbium.

Devergentia *æ, f. inclinatio*, Gell. l. 14. c. 1.

Deverra, *dea ab antiqvis putata est, de qva sic* Augustinus ex Varrone l. 6. de civitate Dei: *Mulieri, inqvit, fœtæ post partum tres deos custodes Varro commemorat adhiberi, ne Sylvanus deus per noctem ingrediatur, & vexet. Eorumqve custodum significandorum caussa tres homines nocte circumire limina domus: & primò limen ferire securi, postea pilo, tertiò deverrere scopis: ut his datis culturæ signis, deus Sylvanus prohibeatur intrare: qvia neq; arbores cæduntur ac putantur sine ferro, nec far conficitur sine pilo, neq; fruges coacervantur sine scopis: qvibus deis custodibus contra vim dei Sylvani fœta conservantur.*

Deverro *is, deverri, deversum, deverrere, probè verrere*, abkehren/außkehren/ ut: *Stabula verò freqventer everrenda, & purganda, humorq; omnis urinæ deverrenda.* Col. l. 7, 4.

Deversus, *veteres dicebant qvasi deorsum versus.* Festus.

Deverto, pro *diverto, freqventissimè apud* Plautum *legitur*

Devestio *is, ivi, itum, devestire, vestes exuere*, die Kleider außziehen/entkleiden. Apul. 3.

b *Devestire significat feudalium præcitorum conditoribus adimere.* in princ. tit. 7. de natur. feud.

Deveto *as, are*, pro *vetare.* Qvintil.

Devexitas *atis, f. declivitas*, abhängende Flache. Plin. epist.

Devexo *as, are*, idem qvod *vexare*, hefftig plagen oder qvälen. Cic. pro Planc.

Devexus *a um, declivis & deflexus*, ut: *Alpes devexæ.* Lucan.

Amnis devexus usq; ab Indis. Virg. 4. Georg.

Devincio *devinxi, devinctum, devincire*, est *vehementer ligare, constringere*, fest anbinden/ ut: *Devincire aureâ catenâ simulacrum*, das Götzenbild mit einer güldenen Ketten anbinden. Curt. 459.

Devinctus & constrictus omnibus vinculis pro Leg. Agr.

b *Devincire* eleganter pro *obnoxium sibi aliqvem facere*, usurpatur, ut: *Sangvinis conjunctio & benevolentia devincit caritate homines*; Blutfreundschafft und geneigter Wille verbindet die Leute einander mit Liebe. Ost.

Cujus officiis me esse devinctum confiteor. Ep.

c *Tenere aliqvem devinctum largitione*, einen durch Geschenck jhm verbunden halten. pro Planc.

d *Tenere devinctum consvetudine*, einen durch Freundschafft jhm zugethan haben/ ut: *Totam Hortensiorum domum devinctam consvetudine cum teneret, afficiebatur summo honore.* pro Arch. II.

Pompejum novo reditu in gratiam sibi devinctum arbitrabatur. pro Mil. XXX.

e *Devincire sibi aliqvem sermone*, durch Zureden jhm einen verbündig machen und gewinnen/ ut: *Qvem non solùm sermone, sed etiam familiaritate devinxi.* Qv. Fratr.

f *Multâ liberalitate devincire.* Corn. 187.

Devinco *devici, devictum, devincere*, est *superare*, überwinden/ ut: *Devincere bello*, durch Kriegs-Gewalt überwältigen. Cic. 2 de N.D.

b *Vulnere amoris devictus*, verliebt. Lucret. l. 1.

Devio *as, are, à rectâ viâ recedere*, aus dem rechten Wege kommen/ *abusivè pro deflectere sumitur*, ut: *In nonnullis paululum à gravitate Homerica deviavit.* Macrob. l. 5. Saturn. c. 15.

Devirginatio *onis, f. devirginandi actio.* Scribon.

Devirginatus *a um*, ut: *Devirginata ancilla*, i. e. *deflorata, constuprataq;, & qvæ virginitatem exuit.* l. ult. ff. de off. præsid.

Devirginor *aris, ari, devirginari dicebantur, qvi ex ephebis excesserant, ut probat* Nonius ex Varrone.

Devitatio *onis, f. fuga, vitatio*, ut: *Facilior & exploratior devitatio legionum fore videtur, qvam piratarum, qvi apparere dicuntur.* Cic. ad Att.

Devito *as, are, evitare, declinare*, fliehen/ entwischen/ meiden/ ut: *Devitare mortem*, dem Tod entgehen. 2. Tusc.

b *Devitare incommodum.* Cic. 2. de Invent.

Devius *a um, qvi longè à via habitat*, abwegig/ ut: *Devia & sylvestris gens.* Liv.

Iter est devium, deinde ab Antonio qvatridui, deinde sine te, die Reise ist abwegig/ darnach von dem Antonio nur vier Tag entlegen/ und endlich bist du nicht bey mir. l. 3, 7. Att.

b *Pectora devia recti.* Silius l. 8.

Deunx *deuncis, m. ponderis sive mensuræ species, undecim uncias continens, qvasi demta uncia ab asse.* Martial.

b *Deunx etiam erat mensura, qvâ veteres agros suos metiebantur* Colum. l. 5. c. 1.

c *Ex deunce aliqvem hæredem facere, est alicui totam hæreditatem, unciâ unica detractâ, relinqvere.* Cic. pro Cecinn.

Devoco *as, are, avocare*, abfordern. Corn. 160.

b *Devocare ad auxilium*, zu Hülffe ruffen. Liv. 6. H. C.

c *Devocare*, id[illegible] *provocare.* Liv. 1. Dec[illegible]. l. 4.

Dévolo *as, are, deorsum volare*, herunter fliegen/ut: *Devolare de cœlo.* Liv. 7. U. C.

b *Devolat in terram liquidi color aureus ignis*, es blitzet. Lucr. l. 6.

c *Devolare* pro *festinare*, ut: *In forum devolant*, Liv. 3. U. C.

d *Devolare* pro *desilire.* Liv. 2. U. C.

Devolvo *devolvi, devolutum devolvere* est *deorsum volvere*, herunter wältzen / ut: *Ingentis magnitudinis saxa per montiũ prona devolvunt, quæ incussa, sæpius subjacentibus petris majore vi incidebant*, sie lassen überaus grosse Stein die Berge herab waltzen / welche / wenn sie zum öfftern an die Felsen anstossen / mit grösserer Gewalt auffielen. Curt. 907.

Devolvi ex sublimi. Plin.

b *Devolvere*, idem qvod *deducere*, bringen/ut: *Devolvi ad spem inanem*, in vergebliche Hoffnung gebracht werden.

Eò devoluta res est, die Sache ist dahin gediehen / dahin kommen. Liv.

Devolutus *a um*, ut: *Devoluta res*, angefallene Erbgüter. l. 1. C. de bon. matern.

b *Devoluta bona ad fiscum.* l. 45 §. 11. ff. de jur. fisci l. 2. ff. de testament. vel cib.

c *Devolutum feudum*, ein Lehen / so dem Lehen-Herrn

heimgefallen/eröffnet/*quasi retro devolutum.* Schard.

Devoro, *avi, atum, are*, est *avidè comedere*, fressen / ut: *Bos si ægrotare cœperit, dato continuò ei unum ovum gallinaceum, crudum, integrum facito devoret.* Cato de re rust.

b *Devorare* idem qvod *consumere*, ut: *Devorare omnem pecuniam non dubitavit.* V. Verr.

c *Devorare*, idem qvod *patienter ferre*, in sich fressen/vertragen / ut: *Devorare hominum ineptias & stultitias.* de clar. Or.

d *Devorare libros*, est *multa & ea ardentissimè animo legere.* Att.

e *Devorare alicujus nomen*, est *oblivisci.* Plaut. Trinum.

f *Devorare verbum aliqvod*, est *magnâ voluptate audire.* pro Sest.

g *Devorare alicujus orationem*, est *non satis animadvertere*, ut: *Ejus oratio nimiâ religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autem & à foro, cui nata & eloqventia est, devorabatur*, i. e. *non intellecta transmittebatur.* de Clar. Orat.

Devotio *onis*, *f. Dedicatio, consecratio*, ut: *In devotione vitæ & ipso genere mortis, imitatus est filium* Cic pro Rabir.

b *Devotio*, i. e. *execratio*, Verfluchung / ut: *Veneficiis & devotionibus impugnari*, von

Zau-

Zauberey und Verfluchungen angefochtẽ werden. Svet. in Cal.

Devoto *as. are, frequentativum studiosè devovere.* Cic. in Par.

Devotorius *a um*, *ad devotionem*, i. e. *execrationem spectans*, ut: *Carmina devotoria, qvibus homines urbesqve devovebantur.* Liv. & Macr.

Devotus *a um*, idem qvod *destinatus*, ut: *Devota sacrificia.* Catil.

b *Devotus*, idem qvod *deditus*, ut: *Devotus alicui cliens* Juvenal.

Devota gentes, qvæ olim populo Romano parebant. l. 8. C. de vectig. & commiss.

c *Devotus*, idem qvod *dirus, execrandus*, ut: *Vivite devoto fœmina virq; toro.* Horat.

Devoveo *devovi, devotum, devovere*, est *destinare, constituere*, ut: *Devovere & constituere alicui hostiam*, einem ein Opffer verordnen/bestellen. Cic. de Arusp. Resp.

Rem aliqvam initiare sacris & devovere. I. Catil. IIX.

Devovere capita omnium, alle zum Tod verurtheilen. Curtius 1949.

b *Devovere*, idem qvod *dedere*, ut: *Devovere se amicitiæ alicujus*, sich einem zum Freunde versprechen. Cæsar.

c *Devovere se pro aliqvo* idem qvod *pro alterius salute morti se addicere*, ut: *Eqvidem*

mortem pro patriâ præclaram esse fateor, & me vel devovere pro populo Romano legionibusq;, vel in eos me mittere hostes paratus sum. Liv. l. 9.

d *Devovere* est *diris imprecationibus malum alicui vovere*, verfluchen. Corn. 193.

--Devoveo teq; tuosq; modo. Ov.

Deuro *is, deussi, deustum, deurere*, idẽ qd *urere*, abbrennen.

b *Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, qvum inflammat.* Senec. l. 1 de clementia.

DEUS, *i, m. Creator hujus universi*, GOtt / ut: *Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, nõ sua eripere.* Curt. 1726.

Princeps ille Deus, parens rerum fabricatorqve mundi. Qvintil. 1, 16.

Nulla gens est, neq; tam immansueta, neq; tam fera, qvæ non, etiamsi ignoret, qvalem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. l. de Leg.

b *Dei benignitate*, durch GOttes Gnade. l. 10. ep. 8.

c *Dei nutu ac consilio omnia provisa sunt*, es ist alles GOttes Schickung / ut: *Qvanqvam hæc omnia ita sunt à me administrata, ut deorum immortalium nutu atq; consilio & gesta & provisa esse videantur.* III. Catilin. VIII.

d *Facere aliqvem deum*, est *summis condecorare laudibus*, ut: *Facio te apud illum deum*, ich lobe

lobe dich auffs allerbeste / ich hebe dich gar in Himmel. Adelph. 4, 1, 19.

e *Habere aliquem deum*, est *colere aliquem tanquam summum benefactorem*, ut: *Non tu hunc habeas planè præsentem deum*, wolteſtu den nicht für einen leibhafftigen GOtt halten Phorm. 2, 2, 31.

f *Dei immortalis, curâ* dicitur, pro *providentiâ divinâ*, ut: *Non est humano consilio, nemediocri quidem deorum immortalium curâ, res illa perfecta.* pro Mil. XXIIX.

g *Deus*, idem qvod *genius*, ut: *Memini relinqvi me deo iratomeo*, ich weiß noch wol/wie ich meinem böſen Engel übergeben worden/daß ich in Unſtern kommen bin. Phorm. 1, 2, 24.

h *Dii ollares*, Dreck-Götzen/ſchlechte Herren. *Dii enim magni ebore, auro vel argento sculpebantur: At plebeji illi & minutuli* (*ceu putabantur* Silenus, & Priapus) *ex ligno aut luto fingebantur.*

i *Dei vox* metaphoricè *tribuitur aliis rebus, qvatenus scilicet iis à nonnullis magis obtemperatur, qvàm Deo, ita avarus pecuniam sive mammonam pro Deo habet, nepotibus gula Deus est.*

k *Dei nomen attribuitur Angelis, ita* Psal. 97. v. 7. *Adorate eum omnes* אלהים *dii*, h. e. *Angeli.* Ir. v. 9. *Valdè elevatus est super omnes deos*, seu *Angelos.*

l *Dii vocantur homines dignitate præstantes, ita Judices & Principes dicuntur dii.* Exod. 21, v. 6. *Et adducet eum dominus ejus ad deos*, h. e. *judices.*

m *Deus hujus seculi vocatur Diabolus.* 2. Cor. 4, 4.

n *Dei nomen ab idololatris tribuitur Idolis, dicunturqve dii fusionis seu fusiles.* Exod. 22, 20. Glassius in Philologia sacra.

o *Dei nomen nonnunqvam* eminentiæ signum per hyperbolem *fit, ita, Ninive civitas Dei appellatur*, i. e. *amplissima & hominum copia & divitiarum multitudine splendida.*

Deverragonista *a, m. qui secundas partes agit, vel alteri subservit, scenicus.* Bud.

Deveria *æ, f. Genus vini, qvod vigorem suum perdidit. Fit autem hujusmodi ex maceratis aqvâ vinaceis, post mustum acinis expressum. Latini loram vocant, & vinum secundarium, lauer.* Plin. 14, 10.

Deverologi, διϰεροlόγοι, *Caussidici dicuntur, qvi adjuvare accusatorem poterant, qvos oportebat submissius agere, qvàm eum, qvem sequebantur.* Prædianus *subscriptores à* Ciceron *appellari ait. Hujusmodi sunt hodiè, qvi in caussis illustribus perorandis solent adesse ei, qvi caussam ipsam agit, & eum circumstare, gestuqve & tacita admonitione se ab eo stare, profiteri.* Budæus.

Deveronomium *ii, n. iteratio, vel legis repetitio*, das fünffte Buch Moſis.

Deverurgon, δευτερεργὸν, *Lana qvoddam genus, qvam posteriores etiam epigraphon dixere, sicut ejus artifices deverurgos vocarunt. Significavit vestem hanc in Bacchis Lysippus, cujus verò gentis fuerit res, hac, parum compertum est.* Cæl. 16. c. 10.

Deveruga *æ, f.* διϰτεύγη, *Genus vestis qvoddam apud Athenienses, ex provincia nomen habens, qvemadmodum Sardonica, Sicula, Phrygia, &c.* Alex. l. 5. c. 18.

Dextans *antis*, dicitur, *qvia assi deest sextans, qvemadmodum duodeviginti, & deunx.* Festus.

Dextella *æ, f. diminutiv. parva dextra.* Cic. ad Att.

Dexter *a um*, dicitur, qvi *partis est dextræ*, der auff der rechten Seiten ſtehet / ut: *Dextrum cornu & sinistrum in acie tenere.* Liv.

b *Dexter* idem qvod *prosper, propitius*, ut: *Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.* l. 8. Æn. 61.

c *Dexter* idem qvod *agilis, aptus*, ut: *Dextro uti instrumento*, eines tüchtigen Werckzeugs ſich gebrauchen.

Dextera *v.* dextra *æ, f. est manus altera*, ut: *Dexterâ reconciliatæ gratiæ pign⁹ obtulit*, er hat jhm die rechte Hand wegen geſchehener Verſöhnung gereichet. Curt. 304.

Dexteras copulantur, ſie geben einander die Hände. Aul. 1, 2, 83.

In dextra gerere aliqvid, einer Dings gewiß ſeyn. Curtius 754.

Dextram fidei suæ pignus dare, die rechte Hand drauff geben. Curt. 2015.

b *Ab dextra venire*, von der rechten Hand herkommen / ut: *Ab dexterâ me venire assimulabo*, ich wil mich ſtellen/als komme ich da von der rechten Seiten anhero. And. 4, 3, 19.

c *Dexterâ Ablativ.* pro *in parte dexterâ*, ut: *Dexterâ montibus, lævâ Tyberi amne septus.* Liv. l. 2. U. C.

d *Dextra Dei*, pro *potentia divina*, ut: *Dextra Domini facit fortitudinem.* Pſal. 118.

Dexteritas *atis, f. aptitudo, convenientia*, Auffrichtigkeit/ut: *Multa in eo & dexteritas & humanitas visa*, man hat an jhm groſſe Auffrichtigkeit und Freundligkeit verſpühret. Liv. 7. bell. Maced.

Dextrale *is, n. ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. Usus est* Cyprianus *libro de habitu virginum.*

Dextrarii, *dicuntur equi bigarii.*

Dextratio *onis. f. dextrorsum facta circumactio.* Solin. 835

Dextrè, *Adverb. feliciter, aptè,* glücklich / fein / beqvem / ut: *Nemo fortunâ dexterius est usus.* Horat.

Dextro *as, are, dextrâ manu ducere aliqvem.* Valla.

b *Dextrare ille dici poterit, qvi aliqvem comitatur, cujus sinistrum latus claudit,* item *qvi turrim vel domum à dextra incipiens totam circuit, tandiu illam sibi dextram esse facit. Vox est parum Latina.*

Dextrocherium *ii, n. muliebre brachiorum ornamentũ, qvod ex auro in annuli lati formam gemmis preciosissimis integebatur.* Julius Capitolin. & Cæl. l. 8. c. 13.

Dextrorsùm & dextrorsus, *Adverb. versus dextram,* zur rechten Hand / auff der rechten Seiten. Cic.

Dextroversum, *Adv. à dextra parte.* Plaut. Curc.

Di & dis, *Præpositiones ambæ inseparabiles ejusdem significationis.*

Dia *æ, f. Dea nomen, qvæ apud Sicyonios & Phliastos colebatur, eademqve fuisse creditur cum Hebe juventutis dea.* Strab. l. 2.

Diabatheria *pl. num. sacrificia, qvia pro transitu fiunt.* Plut. in Lucull.

Diabatra *æ, f. est genus solearum Græcanicarum,* Pantoffel / *ait* Festus. *Hinc:*

Diabatrarius *ii, m. qvi soleas hujusmodi conficiebat,* Pantoffelmacher. Plaut. Aulul.

Diabalzemer, *medicamentum dicitur, aliàs Electuarium Renodæi.* Disp. Augustan.

Diabetes *is, m.* διαβήτης, *transitus, unde &* pro *sipbone usurpatur.* Colum. l. 3. c. 10.

b *Diabetes est celerrima & copiosissima potus, non transmutati, emictio, ab intensa rerum attractrice exorta, & cum siti valida & perpetua affligens.* Jonst.

Diabole *es, f.* διαβολή, *calumnia, cui aras Athenienses consecrasse, testis est* Theophrastus apud Diogenianum.

Diabolus *i, m.* διάβολος, *calumniator, Satanas,* der Teuffel / böse Feind.

Diacarthamum *Arnoldi de villa nova, est electuarium in biliosis affectibus conveniens.* Dispens. Aug.

Diacaryon, *seu rob nucum Galeni & Mesuæ stomaticum est medicamentum.* Disp. August.

Diacassia, *cum manna est medicamentum suave, leniter laxans.* ibid.

Diacatoche, διαχατοχή, *bonorum possessio dicitur:* &

Diacathus, *bonorum possessor* l. 7. C. de agr. desert.

Dia-

Diacheton, *spina alba est, magnitudine arboris modica, flore rosæ, cujus radix unguentis expetitur, aliàs dipsacos dicitur.* Plin. 24. c. 13.

Diachyton, διαχυτὸν, *dulcis vini genus, fit,* autore Plinio, *uvis in Sole siccatis, loco clauso per dies septem in cratibus, totidem pedes à terra altè, non ictibus à rore defensis, octavo die calcatis.* l. 14. c. 9.

Diaclysma *atis, n.* διάκλυσμα, *colluvio oris. Diaclysmata sunt liqvores medicamentosi, qvi in ore continentur, beneficio linguæ hinc inde agitantur,* (dicke Säffte.) Schrod.

Diacodion *ii, n. Diacodia sunt linctus ad Electuarii formam, vel consistentiam propemodum accedentia, paulò tamen liqvidiora; crassiora, viscidiora Syrupis. Parantur utplurimum ex decoctis & succis nonnihil mucilaginosis, qvibus Medici materiam tenacem salsam & acrẽ, aut tenuem nimis, ad asperam arteriam, pectus & pulmones cum impetu delabentem, inhibere & incrassare, nec non ad faciliorem expectorationem præparare & disponere solent. Diacodia varia habentur in* Dispensator.

Diaconus *i, m.* διάκονος, *minister,* ein Diener.

b *Diaconus dicitur, qvi pauperum curam gerit, & eis*

subministrat necessaria ex collectis ecclesiæ. Actor. 6.

c *Diaconus hodie ministrum ecclesiæ notat,* ein Caplan. *hinc:*

Diaconatus *ûs, m. officium Diaconi,* &

Diaconicus *a um, ad Diaconum spectans.* Meurs.

Diaconissa *æ, f. Diaconissas olim habuerunt, ad externarum rerum curas delectas: qvalis Phœbe fuit Cenchraeorum ministra:* & *de qvalium delectu* Paulus 1. Timoth. *præcipit.*

Diacope *es,* διακοπή, *intercisio, separatio, aliàs Diastole,* apud Julianum Ruffianum, *Figura est, qvum inter duo eadem verba diversum ponitur aliqvid medium,* ut: *Duc, age, duc ad nos.*

Diacopi, διάκοποι *vocabantur in aggeribus meatus intercisi, sive incilia hiantia, per qvæ Nilum transmittebant in arva remotiora.* l. pen. ff. de extraord. crim.

Diacorum *i, n. est electuarium stomachicum.* Disp. Aug.

Diacosmum *i, n.* διάκοσμον, Strabo *accipit pro institutione, aut etiam catalogo, ut cum Homerum prodit, meminisse in Paphlagonico diacosmo.* Cæl. l. 1. c. 6.

Diactor *oris, m.* διάκτωρ, *qvasi internuncius, qvod nomen datum est Mercurio, vel deorum internuncium poëtæ finxerunt.*

Dia-

Diacytonites, *est medicamentum in electuarii forma, ex pulpa Cytoniorum cum saccaro paratum, nonnunqvam admiscentur etiam aromata,* ibid.

Diacytonium *ii, n. dicitur electuarium ex pulpa cytoniorum viribus, prout species admiscentur, varians,* c. gr. *Diacytonium laxativum,* laxirende Qvitten-Lattwerge. Dispens. Aug.

Diadema *atis, n.* διάδημα, *insigne regium, qvod capiti imponebatur, fuitq; fascia candida,* eine Königliche Binden. Cælius.

Diadematus *a um, diademate ornatus,* ut: *Diadematus Apollo.* Plin. l. 34. c. 8.

Diadochus *i, m.* διάδοχος, *gemma beryllo similis.* Plin. 37. 10.

b *Diadochi,* apud Athenienses *dicebantur,* οἱ πεντακόσιοι, h. e. *qvingenti viri, qvorum concilio de rebus publicis privatis q; statuebatur. Ita dicti qvasi successores, ad differentiam Areopagitarum, qvorum perpetuus erat magistratus.*

Diadumenus, διαδούμενος, *qvasi vittatus, diadematus q;, qvo nomine dictus juvenis qvidam speciosus, qvem Polycletus ex ære expressit.* Plin. l. 34. c. 8.

Diadysis, διάδυσις, *frustratoria, fugitatio certamen rectum legitimum q; detrectantis.* Bud.

Diæresis *is, f. divisio,* Zertheilung.

b *Diæresis est figura Grammatica, cùm una syllaba dividitur in duas,* ut: *Suavis* pro *svavis: Huic contraria est Synæresis, juxta versum: Syn-* duo connectit, so]vitq; *Diæresis unum.*

c *Diæresis refertur ad morbos cavitatum in excessu, cum vasa dividuntur.* Jonston.

Diæta *æ, f. in hortis habitationem significat, amœnitatis & voluptatis caussa extructam.* l. 43. §. 1. ff. de leg. I.

b *Diæta etiam in ædibus,* pro *cœnaculo usurpatur,* ein Eß-Saal. l. 13. §. 7. ff. de usufr. & qvemadm. l. 32. ff. de donat.

c *Diæta, est modus circa cibum & potum à Medicis præscriptus,* fürgeschriebene Maaß und Weiß im Essen und Trincken.

Diætarius *ii, m. diætarii vocabantur ministri, qvod in diæta mensas ornare, & mensis ministrare solerent.* l. 12. §. 42. ff de instruct. & instrum. legat.

Diæteta *æ,* διαιτητὴς, *Arbiter datus vel cognitor. Sic vocabantur judices, qvi per singulas tribus lecti, numero erant qvatuor & qvadraginta.* Pollux l. 8.

Diæteticus *a um, diætam præscribens vel ad diætam pertinens,* ut: *Medicina diætetica, qvæ victu medetur.* Cels.

Diæteticus fons, idem est ac *Medicina diætetica.*

Diaglaucion, *genus collyrii, ex glaucio herba paratum.* Plin. l. 27. c. 10.

Diaglyphice *es,* διαγλυφικὴ, *ars est statuaria, ad impressuram spectans: anaglyphice verò, cum ita exsculpsimus, ut promineant imagines.* Cæl. 29, 14.

Diagogicus *a um,* ut: *Diagogica tributa,* i. e. *vectigalia, qvæ in trajiciendo penduntur, cujusmodi sunt ad Rhenum (& aliis fluminibus.)* Strabo l. 4.

Diagonale *is, n. est particulare parallelogrammum communis anguli & Diagonii cum toto Parallelogrammo.* Geomet. Synops. Philos.

Diagonalis *e, c. vel*

Diagonicus *a um,* ut: *Diagonalis vel diagonica linea est, qvæ in parallelogrammis ab uno angulo ducitur ad alterum, ut superficiem bifariam secet.* Vitruv. l. 4. c. 3.

Diagonios, idem qvod *diagonalis linea.* Vitruv. l. 4. c. 1.

Diagramma *atos, n.* διάγραμμα, Græcis *inscriptionem vel titulum libri significat.*

b *Diagramma decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum notat.*

c *Diagramma indicat figuram Geometricam sive en triangularis fuerit, sive qvadrangularis, aut alterius formæ, cujusmodi apud* Euclidem *demonstrandi caussa non pauca extant.*

d *Diagramma est etiam præscriptio & breviarium qvoddam in publicis collationibus, fieri solitum, ut ex censu tributa conferrantur.* Cic. in Verrem *scripturam vocat.*

e *Diagramma in Musica vocatur mensurarum proportio, notis qvibusdam descripta.* Vitruv. l. 6. c. 1.

Diagrammismus, διαγραμμισμὸς, *species ludi fuit tesserarii veteribus, in qvo, ut inqvit* Eustathius, *adhibebantur calculi sexaginta, tum albi, tum nigri.* Cæl. 20. c. 17.

Diagraphice *es, f. ars ducendi vel adumbrandi prima rerum lineamenta,* die Kunst etwas zu entwerffen oder abzureissen. Plinius.

Diagrapharius *ii, m. qvi publica repetit.* Cæl. l. 18. c. 20.

Diagrapheus, *qvi censu conscribendo præfectus est.* Cæl. 10, 10.

Diagridium *vel* diagrydium, *vel* diacrydium *ii, n. dicitur Scammoneum per Cydonium correctum* Schrod.

Dialectica *æ, f. sive*

Dialectice *es, f.* διαλεκτικὴ, *ars disputatoria,* ut *Aristoteles Rhetoricæ palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat.* Cic. de fin. 2, 6.

b *Dialectica,* pro *parte Logices, qvæ Topica dicitur, est q; facultas Syllogistica ære, ad differen-*

ſerendum propoſita, ex iis, quæ ſunt maximè probabilia.

Dialectica *orum, n. ſtudium Dialectices*, ut: *Accubans apud Veſtorium hominẽ remotum à Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatũ*, ſitzend bey dem Veſtorio, der in der Logica nichts wuſte/ aber ein zimlicher Rechenmeiſter war. Cic. Att.

In Dialecticis omnem curam conſumere. Cic. de Orat.

Dialectícè, *Adverb.* ut: *Diſputare dialectícè.* Cic.

Dialecticus *i, m. qui Dialecticam tractat*, ut: *Quid ſit verum aut falſum, dialecticus judicabit.* Cic. 4. Acad.

Dialecticus *a um*, *ad dialecticam ſpectans*, ut: *Diſputationes dialectica.* Qvint. 5. c. 1.

Dialectus *i, f.* διάλεκτος; *lingua alicujus proprietas, qvod ſcilicet unaqvæqꝫ lingva peculiare habet, & à cæteris diſtinctum. Unde qvinqꝫ dicimus eſſe Græcorum dialectos, Atticam, Jonicam, Doricam, Æolicam & Communem.*

Dialeucon, διάλευκον, *croci ſativi genus, in medio candidum.* Plin. l. 21. c. 6.

Dialis *e, c. qvaſi Jovialis*, ut *Dialis flamen.* Liv. 5. U. C.

Sed lata lex, qva flaminica dialis ſacrorum cauſſa in poteſtate viri, cætera promiſcuo fœminarũ jure ageret. Tacit. l. 4.

Dialithon, διάλιθον, *poſitum inter ornamenta muliebria.* Pollux 7. c. 22.

Diallage, διαλλαγή, *conciliatio, eſt figura, cùm plura argumenta ad unum effectum deducuntur.* Qvint. 9. c. 2.

Dialogiſmus *i, m.* διαλογισμὸς, *à Rufiniano refertur inter ſchemata διανοίας, cùm ſcil. qvis ſecum rem aliqvam volutans, tanqvàm cum altero colloqvens, interrogat & reſpondet. Exemplum inſigne eſt illud* Terent. in Eunuch. *Qvid igitur faciam? non eam? ne nunc qvidem, qvùm accerſor ultrò? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, revocat: redeã? non, ſi me obſecret.*

Dialogiſta *æ, m. qvi artem diſſerendi uſumqꝫ optimè callet.* Cæl. l. 7. c. 30.

Dialogus *i, m. diſputatio, colloqvium, qvo diſputantes vel colloqventes introducuntur*, ein Geſpräch. Cic.

Dialyma, διάλυμα, *Diviſio, eſt figura ſententiæ, qva rem removens ab re utrãqꝫ abſolvit ratione ſubjecta*, ut: *Cur ego tibi qvicqvam objiciam? ſi probus es, non meruiſti: ſin improbus, non commoveris.*

Dialyſis *is, f.* διάλυσις, *vel* **Dialyton**, διάλυτον, *eſt figura locutionis, qva & Aſyndeton dicitur.* Donat.

Dia-

Diamaſtigoſis, διαμαστίγωσις, *flagellatio, ſolennitas fuit maxima apud Lacedæmonios, in qvo ſacro ante aram nobiles qvoqve adoleſcentes flagellis affligebantur, aſtantibus parentibus & propinqvis, & ut perſeverarent, adhortantibus.* Tertull. *it.* Philoſtrat.

Diameter *i*, *vel* **Diametrus** *i, f. eſt recta linea figuram, qvà longiſſimè patet, ex æqvo ſecans: veluti diameter Orbis eſt, qvi ſic à ſummo ad ſummum tenditur circulum, ut per centrum eat, definitore* Macrobio in Somnio Scipion.

b *Ex diametro oppoſita*, i. e. *maximè contraria*, Sachen/die einander ſchnur ſtracks zu wider.

Diana *æ, f. à Genitiv. διὸς, qvaſi Joviana, Jovis filia ex Latona, qva & Luna: ſic dicta, qvod qvaſi diem noctu efficiat: vel qvòd noctu ſola luceat:* vel *qvaſi Deviana, qvia venantes per ſylvas deviare ſolent*, die Göttin Diana. Cic.

b *Diana inferna*, i. e. *Hecate.* Valer. l. 5. Argon.

c *Lucifera Diana*, i. e. *Luna*, der Mond. Valer. 7. Argon.

Dianaria *æ, f. herba*, *vide* Artemiſia.

Dianius *a um*, *ad Dianam pertinens*, ut: *Turba Diania*, i. e. *canes Dianæ dicati, utpote qvibus utitur Diana venatrix.* Ovid. 5. Faſt.

Diancea *æ*, *f.* διάνοια *mens ſive intellectus, vel ſenſus vel ſententia. Unde ab oratoribus ponitur pro qvadam Figura, qvæ ſenſum, magis qvàm verba afficit.* Qvintil. 9. c. 1.

Diaparthenia, διαπαρθένια, *Munera, qvæ ſponſæ pro delibatâ virginitate dantur.* Cæl. lib. 11. c. 60.

Diapaſma *atis*, *n.* διάπασμα, *ita ficci* vocantur *odores* Plinio, *qvibus corpus conſpergitur, ut ſudores ſiſtant, & qvibus lecti geniales reſpergebantur, & veſtes concilianda, fragrantiæ cauſſa.* l. 13. c. 2.

Diapaſon, *Muſicæ artis ſymphonia, conſtans ex qvinqꝫ tonis & duobus ſemitoniis*, i. e. *ex diapente & diateſſaron.* Macrobii cõment. in Somn. Scip.

Diapenidium magnum, *medicamentum eſt, aſthmaticis, arthriticis, phthiſicis, &c. ſalutare* Galen.

Diapenſia, *vid* Sanicula.

Diapente, *Muſicæ menſura genus, tribus conſtans tonis, & ſemitonio minore.* Macrob. in Somn. Scip.

Diaphanum *i*, *n. transparens*, durchſcheinend / durchſichtig. Cæl. 15. c. 1.

Diaphonia *æ*, *f.* διαφωνία, *diſſenſio, diſcordia.*

Diaphora *æ*, *f. differentia, ſchema eſt Oratoribus, cum verbum iteratum aliã intentiam ſigni-*

significat, ac significavit primò dictum. e. gr. *In universum mulierem, quid potius dicam, aut verius quàm mulierem?* Rutil.

Diaphoresis, διαφόρησις, *digestio & distractio dicitur à* Galeno. *Alii migrationem interpretantur apud* Cic. ep. 1. 16. *Non desunt tamen, qui ibidem* διαφώνησιν, h. e. *declamationem malint legere.*

Diaphoreticus *a um*, ut: *Diaphoretica medicamenta, quæ per insensiles corporis meatus materiam educunt.* Jonston.

Diaphragma *atis, n. notat omne medium*, ein Unterſchied.

b *Diaphragma, sumitur* pro *parte illa corporis, partim membranosa, partim musculosa, quæ superiora viscera, nempe cor & pulmones, ab inferioribus distinguit, ac separat*, das Over-Fell. Celſ.

Diaphrattontes, διαφραττόντες. *Græcis membranæ dicuntur in corpore humano, quæ recta ad jugulum usq; perferuntur; intercipientes Latinè dixeris.* Gal. l. 5. de anatomic. administr.

Diapnoë, διαπνοὴ, *aëris attractio, citra nostrum propositum, à naturali calore per superficiem.* Cæl. 27. c. 20.

Diáponi, διάπονοι, *Cretici canes sunt, quorum in venando gloria plurima. Noctes enim addunt labori, sæpeq; feris assidentes dormiunt, mox orta luce depugnant.* Cæl. 17. c. 28.

Diaporesis *is, f.* διαπόρησις, *addubitatio, est Figura, qua utimur, cum propter res aliquas volumus videri dubitare, & quasi ab ipsis judicibus consilium capere*, e. g. *Equidem, quò me vertam, Judices, nescio.* pro Cluent.

Diapsalma *atis. n.* διάψαλμα, *commutatio rythmi, aut vicissitudo canendi, ut quidam volunt. Alii pausationem spiritus interpretantur: Alii alterius sensûs exordium: Alii rythmi distinctionem: alii verò cujusdam Musicæ varietatis silentium.* Cæl. 15. c. 20.

Diarium *ii, n. notat victum quotidianum*, i. e. *quod in uniùs diei cibum datur*, Speiſe ſo man in einem Tag verzehrt / ut: *Sed lupus usuram, puerique diaria poscunt.* Martial. l. 11.

b *Diarium*, idem ac *Calendarium, quo singulorum dierum ratio observata continetur, Græcè Ephemerides vocantur.* Oldend.

c *Diarium veteres appellabant, quod Italis est giornale*, ein Büchlein/ in welches das jenige/ was man den Tag über gehört und geſehen / auffgezeichnet wird/ ein Tag-Büchlein.

Diarius *a um, per diem durans*, ut: *Febris diaria*, i. e. *Ephemera*, tägliches Fieber. Galenus.

Diarrhœa *æ, f.* διάρροια, *est immoderata, frequens & diuturna alvi dejectio*, der Durchfall/ Durchlauff. Sennert.

Diarrhyton, διάῤῥυτον, *aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem, Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio, (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt.* Plin. 5, 4.

Diarthrosis, διάρθρωσις, *Dearticulatio, ossium structura dicitur, quorum motus evidens est, hujus tres species facit* Galen. l. de oss.

Diasatyrium, διασατύριον, *electuarium, nomen à radice satyrii trahens, consumtos & emaciatos reficiens.* Aug. Disp.

Diasia, διάσια, *Mylichii Jovis sacra fuerunt, Athenis cum quadam tristitia celebrata*, autore Hesychio. Alex. ab Alex. verò *Dialia vocat.* Genial. 3, 12.

Diasphendone, διασφενδόνη, *supplicii genus, quo Derbices Persarum gens utebantur, in delinquentes, cum videlicet arborum duarum incurvatis cacuminibus, alligatum hominis corpus emittitur.* Cæl. 10. c. 5. *Alii diasphendomena vocant.*

Diastematicè, *vox est, quam canendo suspendimus, in quâ non tam sermonibus, quàm modulis inservimus: estq; vox ipsa tardior, & per modulandas va-*

rietates quoddam faciens intervallum, non taciturnitatis, sed suspensa ac tarda potius cantilena Cæl. 9. c. 5.

Diastolæ *vel* diastoli *dicuntur rationum correctores seu distinctores.* Alciat.

Diastole *es, f.* διαστολὴ, *distinctio, est figura, cum una dictio vel sententia ab alia distinguitur.* Item *cum à Poëtis brevis syllaba producitur*, ut: *Exercet Diana choros.*

b *Diastolen* vocat Galenus *cordis & arteriarum, cum dilatantur cor & arteria in longum, latum & profundum, quemadmodum etiam systolem vocat, cum contrahuntur, quæ duo simul pulsum efficiunt.*

Diastylus, διάστυλος, *cum trium columnarum crassitudinem intercolumnio interponere possumus.* Vitruv.

Diasyrmos, διασυρμὸς, *elevatio seu elusio potius eorum, ad quæ respondere laboriosum videtur*, ut: *Quid attinet ad ea respondere, quæ ad rem parum faciunt?*

Diatessaron, διὰ τεσσάρων, *per quatuor, intervallum Musicum, vulgò Quartam vocant.*

Diatheca *æ*, & *pl. Diatheca orũ, pro testamento ponitur, & pro hereditate, quæ testamento obvenit.* Budæus.

Diatretum, διάτρητον, *calix aut poculum ternatim.* lib. 28.

§. 29. ff. ad leg Aquiliam *hinc:*

Diatretarius *ii*, *m. calator, qui tornata opera perficit.* l. 1. C. de excus. artific.

Diátriba *æ*, *f. conversatio*, item *exercitium, exercitatio, studium. Usurpatur & pro loco disputationis & exercitii, sive auditorio.* Gell. l. 1 c. 16.

Diatritarii, *Medici quidam nuncupati sunt deridiculi causſa, quoniã cibi abſtinentiam initio morbi in diem tertium prorogabant. Proinde ſubſannans Galenus identidem δευτάτην διάτριτον appellat, Therapeutices octavo.* Cæl. antiq. l. 28. c. 26.

Diaturæi, *cuſtodes navis ſunt, qui non precio conducti, ſed ſolo victu navem cuſtodiebant.* l. 1. ff. naut. caupon.

Diatypoſis *is*, *f.* in Phyſicis *eſt prima delineatio & adumbratio fœtus, quæ fit primis diebus, & ſecundum Hippocratem poſt primum momentum conceptionis.*

b *Diatypoſis*, διατύπωσις, (in Rhetoricis) *eſt figura cum rebus delectis, perſonarum & formas ipſas, & habitus deſcribimus & exprimimus.* Scalig

Diaulium *ii*, *n.* διαύλιον, *dicebatur, cum in ſcena tacentibus omnibus, ſolus intus caneret tibicen.* Cæl. 9 c. 7.

Diaulodromi *orum*, *m. ſunt, qui curſum Circenſem peragunt,*

i. e. διαύλιον, *qui cum ad metam pervenerant, flectentes eò rurſus recurrebant, unde curſum inierant.* Bud.

Diaulonium *ii*, *n. diaulonia locorum ſunt angustiæ & fauces, in quibus coturnices, aliæq; aves illaqueantur.* Bud.

Diaulus *i*, *m. ſpatium dicebatur duorum ſtadiorum*, ut: *In palæſtris periſtylia quadrata, ſive oblonga ita ſunt facienda, ut duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitũ, quam Græci vocant* διαυλον. Vitruvius l. 5.

b *Diaulus vir erat, ex medico factus cadaverum funerator*, de qvo Martialis: *Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo, Diaulus.*

Dibalo *as, are, verbum antiqvum, à balare.* Varro l. 6. de Lingv. Latina.

Dibaphus *a um*, *bis tinctus*, ut: *Dibapha Tyria, purpura bis tincta.* Plin. l. 9. c. 39.

Dibolia, δεβόλια, *Tela ſunt cuſpidis duplicis, cujusmodi erant Cimbrorum jacula.* Cæl. ex Plutarcho. l. antiq. 11. c. 16.

Dica, δίκη, *Dea judiciorum præſes dicitur, qvæ dictio etiam jus ſignificat: & ob id ſic dicta, quia lites & contentiones dirimat.* Bud.

b *Dica, judicium*, Hinc phraſis: *Scribere alicui dicam*, einen mit Recht fürneh-

nehmen / einen für Gericht verklagen. Phorm. 1, 2, 77. Phorm. 2, 2, 15.

c *Dicam alicui impingere*, einem eins anmachen / ut *Dicam impingam tibi grandem*, ich wil dich auffs euſſerſte verklagen. Phorm. 2, 3, 92.

Dicacitas *atis*, *f. eſt ſermo, cum riſu alios inceſſens*, Spötterey / ut: *Scurrilis & ſcenica dicacitas.* Qvintil. 6. c. 3.

Dicaculus *a um*, waschhäfftig / ut: *Satis dicacula es amatrix.* Plaut. Aſin.

Dicæodotes, δικαιοδότης, *Juris dator, juſtitiam exhibens.* Bud.

Dicæologia *æ*, *f. juſtificatio, cum æqvitatem cauſſæ qvàm maximè brevi complectimur ſententia, ſcilicet jure noſtro freti.* Rutil.

Dicaſtæ, δικασταὶ, *judices dicuntur, qvaſi litium diremtores.* Bud.

Dicaſticum *i*, *n.* δικαστικὸν, *merces, qvæ judicibus dabatur pro operâ, judicandis controverſiis impensâ*, h. e. *ſportula judiciales, ſportularia pecunia.* Budæus.

Dicatio *onis*, *f. conſecratio, addictio*, Ergebung / Zueignung. Cic.

Dicax *acis*, *o. qvi ſermone aliqvem cum riſu inceſſit & ridet*, ut: *Homo dicax*, ein Spötter. Catul.

Dicè *vide* Dica.

Dicelictæ, διξελίκται, *dicebantur apud Laconas, qvi Comicos luſus obibant* Cæl. l. 6. 17.

Dicella *æ*, *f. enſis genus utrinq; ſcindens; Nam, ut prodit Theon, macella eſt, qvæ uno tantùm cadit mucrone; at dicella, qvæ duobus.* Cæl. l. 11. c. 6.

Dices, δῖπες, *vermes appellantur, qvi ſunt in virentibus lignis, ac humectis, ſicut qvi in aridis tripes, qvi in vitibus ſues, corniuum ipes, leguminum Troges, veſtium σῆτες, & in chartis, qvi ednaſcuntur, vocantur Tilphæ.* Cæl. 19. c. 1.

Dichalcum, δίχαλκον, *qvadrans oboli dicebatur.* Alex. Gen. 11. c. 24.

Dichaſteres, δίχαστῆρες, *dicuntur dentes qvatuor anteriores, qvi in meditullio conſtituti habentur, à diviſione nomen ſortiti.* Cæl. l. 4. c. 1.

Dichoræus, δίχορεῖος, (in Proſodia) *pes eſt, ex duobus conſtans trochais.* Cic.

Dichotomus, δίχοτομος, idem eſt qvod *dimidiatus, ſive per medium ſectus; qvalis ſeptimo qvoq; die poſt plenum orbem Luna videtur.* Cyrill.

Dichus, δίχους, *Menſura eſt Attica, capiens heminas ſedecim*, Ariſtoph. *Alii Choa duodenas cotulas capere tradunt, ut jam dichus viginti qvatuor cotularũ eſſe debeat, ideq; cum bicongio, qvod & Plinio voluit.*

Dicibulum *i*, *n.* ut: *Dicibula puerilia*, pro *nugis*, Tertull adverſ. Valentinianos, *ſatis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum in mari poma naſci, & in arbore piſces.*

Dicis, *Genitivus ab antiquo dex*, ut: *Dicis cauſſa*, zum Schein/ zum Vorwandt. Corn. 776.

Dico *avi, atum, are*, eſt *tradere*, ergeben/ zueignen/ wiedmen/ ut: *Balbum quanti faciam, quanquam me ei totum dicaverim, ex ipſo ſcies.* Cic. ad Cæſ.

b *Dicare aliquid Deo*, eſt *conſecrare.* Plin. Curt. 585.

Dico *dixi, dictum, dicere*, eſt *ſermone ſignificare*, ſagen/ ut: *Si mihi pergit, qua vult, dicere, ea, qua non vult, audiet*, wird er fortfahren das jenige mir zu ſagen/ was jhm beliebt/ wird er das hören müſſen/ was er nicht gern hat. And 6, 4, 17.

Quia non eſt aſtantibus omnibus neceſſe dicere, à me certè dici volunt. pro Marcello IX.

Dicendum enim aliquando eſt, man muß es ja einmal ſagen. L. 31. Ep. 1.

Atq; hæc non eò dicuntur, ut &c. und dieſes ſage ich nicht darumb/ daß etc. L. 1, 1. Qv. Fr.

Certum deliberatumq; eſt, qua ad cauſſam pertinere arbitror, omnia non modò dicere, verùm etiam libenter audacter libereq; dicere. pro S. R. X.

b *Commutatis verbis rem eandem dicere*, eben das vorige Ding mit andern Worten zu verſtehen geben. p Arch. VI.

c *Dicere pro aliquo*, eines Wort reden/ ut: *Pro ſe dicere*, ſein Wort ſelber reden. Corn. 43.

Pro ſummo Poëta atq; eruditiſſimo homine dicere pro Arch. I.

d *Cauſſam dicere*, für Gericht das Wort ſprechen/ ut: *Nihil dico amplius, cauſſa dicta eſt.* pro Archia III.

e *Ulti genere dicendi, quod non modò à conſvetudine judiciorum, verùm etiam à forenſi ſermone abhorreat*, ſich gar einer bey den Gerichten ungewohnten Art zu reden gebrauchen. pro Arch. I.

f *Dicere in aliquem aliquid.* pro S. R. XXXII.

In alterum ne dicas, qua, cum tibi falſo reſponſa ſint, erubeſcas. pro M. Cæl. IV.

g *Ditere in aliquem gravius*, harte Wort wider einen ſchteſſen laſſen. Adelph. 1, 2, 61.

h *Dicere liberius*, kein Blat fürs Maul nehmen/ ungeſcheuet ſagen. pro S. R. §. 1.

i. *Dixi*, das iſt meine Meynung. Phorm. 2, 4, 11.

k *Dicitur mihi*, ich laſſe mir ſagen/ ut: *Dicitur mihi ſervus tuus eſſe Romæ*, ich laſſe mir ſagen/ dein Knecht ſey zu Rom. l. 5. ep. 9.

l *Dictum puta*, thue/ als weñ du

du es ſchon geſagt hätteſt/ ich weiß es vorhin wol. Ter. 1, 1, 2.

m *Dictum & factum reddidi*, ſo bald/ als es geſagt iſt worden/ iſt es geſchehē/ hab ichs auch verrichtet. Heavt. 4, 5, 12.

n *Conatu magno dicere nugas*, viel Auffſchneidens machen. Heavt. 4, 1, 8.

o *Dicere ex tempore*, eſt *ſine præmeditatione orationem habere.* pro Arch.

p *Dicere* pro *dicare*, ut: *Eumei potius dicta eſt Cappadocia, quam data.* Corn. 536.

q *Dicere jus eſt, cum judex de jure & æquo faciendo ſententiam fert ac promulgat*, ein Urtheil eröffnen. Schard.

r *Dicere mendacium & mentiri, quomodo differant, declarant* Nonius & Gellius. *vide infra.*

ſ *Dicere ſententiam exiſtimatur arbiter, cùm eâ mente quid pronunciat, ut ſecundùm id diſcedere litigatores à tota controverſia velit.* l. 19. ff. de recept. qui arbitr.

t *Dicere dotem, in antiquorum libris, eſt certis verbis, nulla interrogatione vel ſtipulatione præcedente, promittere dotem.* Ulp. inſtit. tit. 6. & Cajus lib. 2. inſtit. tit. 9.

u *Dicere inofficioſum teſtamentum, arguere & accuſare eſt.* l. 20. ff. de inoff. teſt.

Dicondyli, διχάνδυλοι, *dicuntur digiti, qui duplicem habent*

commiſſuram, cujusmodi ſunt omnes, demto pollice, qui monocondylus eſt. Alex. l. 4. c. ult. & Cæl. 4. c. 3.

Dicrotum *i*, *n.* δίκροτον, *biremis*, ut: *Dicrota ſunt naves, qua duobus gubernaculis pariter à prorâ reguntur & puppi.* Pollux l. 1.

Dictamnus *i*, vel dictamnum *i*, *n. herba, qua in Creta naſcitur*, Creetſcher Diptam. Matthiol.

b *Dictamnus albus ſive fraxinella*, weiſſer gemeiner Diptam/ Eſcherwurtz. Bauhin. Tabern.

Dictata *orum*, *n. ſunt, qua Præceptor puero deſcribenda dictavit*, ut: *Meam in illum orationem pueri omnes tanquã dictata perdiſcant.* Cic. ad Q. Fr.

Dictator *oris*, *m. Roma dicebatur, qui dictaturam gerebat: dictus, quod à Conſule diceretur, ſive crearetur noctis ſilentio, vel quod aliis omnibus poſſit dictare*, i. e. *imperare ac præcipere.* Liv. *Sex tantùm menſes fruebatur ſuo magiſtratu: Et quia ſumma poteſtas erat dictatoris in populum, is quoq; magiſter populi appellatus eſt.* Varro.

Dictatorius *a um, quod ad dictatorem pertinet, ſeu quod dictatoris eſt*, ut: *Dictatorius gladius.* Cic. pro Cluent.

Dictatoria ſententia, ein Macht-Spruch.

Dictatorius juvenis, i. e. *dictatore patre natus*. Liv. 1. Decad.

Dictatrix *icis*, *f. quæ dicit agenda, præcipit & imperat.* Plaut. Perſ.

Dictatura *æ*, *f. Dictatoris dignitas, & officium, ad quod non niſi in maximo periculo, velut ad ſacram ancoram confugiebatur*, ut: *Dictaturam deponere* Qvint. 5. c. 105.

Dicteria *orum*, *pl. n. breviter, acutè, ſalsèq; dicta*, ſchimpffliche und ſpöttliche Reden / ſtich-Reden / ut: *Dicteria dicis in omnes*, jedwedern hängeſt du ein Kläppgē an. Mart.

Dictio *onis*, *f. enunciatio*, Außrede / Spruch / ein Wort / ut: *Teſtimonii dictio*, i. e. *teſtimonium dicere*. Terent. Phorm.

b *Dictio* pro *vocabulo ſive verbo*. Vall. 5. c. 10. & Qvintil. l. 1. c. 10.

c *Dictio* pro *Oratione*, ut: *Extemporales dictiones*. Qvint. 2. c. 4.

d *Dictio* pro *oraculo*. Liv. 1. Decad. l. 8.

Dictionarium *ii*, *n. librum notat, in qvo vocabula exponuntur, ſive Lexicon*, ein Auffſchlag- oder Wörter-Buch.

Dictito *as*, *are*, eſt *frequenter dicere*, ut: *Malè dictitatur tibi vulgò, in ſermonibus*, man redet übel von dir / du biſt in einem böſen Geſchrey. Trinum. 1, 2, 62.

b *Dictitare* pro *prætexere*, ut: *Lacedæmonii cum hanc ſibi cauſſam eſſe belli dictitaſſent.* Corn. 165.

Dicto *as*, *are*, *aliqvid tractim pronunciare, ut calamo excipi poſſit*, langſam und deutlich ſagen. Cic. ad Att.

b *Dictare* pro *ſuggerere*, ut: *Ratio ita videtur dictare*, es ſcheinet / daß ſolches die Vernunfft lehre oder an die Hand gebe. Qvint. 3. c. 4.

c *Dictare actionem*, pro *inſtituere & inferre*. l. 32. §. 9. ff. de recept. qvi arbitr.

d *Dictare teſtamentum*, ſeinen letzten Willen auffſchreiben / oder verzeichnen laſſen. l. 93. ff. de leg. III. & l. 9. §. 1. ff. de hæred. inſtit.

Dictum *i*, *n. eſt omnis ſermo*, ein Wort / eine Rede / Spruch / ut: *Dicta blanda & benedica*, freundliche und liebkoſende Wort. Plaut. Ciſtell.

b *Caſtigare aliqvem dictis*, einem einen Verweiß geben. Virg. 5. Æn.

c *Dictum*, idem qvod *Proverbium ſeu adagium; qvod facetis adſcribitur hominibus*, ut ait Donatus, ein Sprichwort / Spruch. Terent. Eunuch.

d *Dictum & promiſſum*, Ulpianus ita diſcernit l. 19 §. 2. ff. de ædilitio edict. *Dictum*, (*inqviens*) *accipimus, qvod verbotenus pronunciatum eſt, nudoq; ſermone finitur: promiſſum autem*

tem poteſt referri ad promiſſionem ſive pollicitationem.

Dicturio *is*, *ire*, *dicere moliri*, gern reden wollen / ſich zu reden gefaſt machen / ut: *Sea perge, Aviene, ne ultrà te dicturientem retardem.* Macrob.

Dictynna *æ*, *f.* δίκτυννα, *ut qvidam putant, cognomen eſt Dianæ, propterea, qvod retia invenerit, qvæ Græcè dicuntur* δίκτυα. *Scribit* Diodorus l. 6. *Dictynnam ex Jove genitam, in Creta conſvetudine Dianæ familiariſſimè eſſe uſam, qvæ res cauſſam præbuit, ut qvidam Dictynnam Dianam eſſe exiſtimarent.*

b *Dictynna Cretæ inſulæ urbs: à qvo mons Dictynnæus dictus eſt.* Straboni.

Dictynneum *i*, *n. Dictynnæ templum in monte Cretæ.* Strab. 10.

b *Dictynneum & Phœbeum, loca ſunt propè Spartam, de templis, puto, eorum deorum dicta.* Cæl. 20. c. 6.

Dictyota, δικτυωτὰ, *Opera, qvæ Latini vocant Reticulata, ita dicta, qvod in hoc ædificii genere teſſella macularum, qvæ in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant.* Plin. 36, 22. *Alii legunt Dictyoteton.*

Dicyrtus, δίκυρτος, *Camelus eſt gibbi duplicis, denſiore pilo, viribus prævalidis, adeò ut duplicato onere incedat onuſta. Hanc verò dici Bactrianam, qvod in Bactris nata primum ſit, ex Didymo refert* Cæl. 7, 18.

Didactrum *i*, *n.* διδακτρον, *docentis nuncupatur præmium.* Cæl. l. 13. c. 30.

Didaſcalia *æ*, *f.* διδασκαλία, *doctrina, informatio*, Lehre / Unterweiſung. Cæl. Ciceron. l. 7.

Didaſcalus *i*, *m. præceptor*, ein Lehrer / Schulmeiſter.

Didia, *Lex poſt Fanniam legem duodeviginti annos ſecuta eſt: cujus ferendæ duplex ratio fuit: Prima, ut non ſolùm urbs Romana, ſed univerſa Italia lege ſumtuaria teneretur. Secunda, ut non modò, qvi convivia majori ſumtu feciſſent, ſed etiam, qvi ad ea vocati eſſent, atq; omninò interfuiſſent, pœnâ legis tenerentur.* Macrob. l. 3 Saturn. c. 17.

Dido *onis*, *f.* διδὼ, *Eliſa proprio vocabatur nomine, ſed cognomento Dido dicta eſt*, i. e. *virago, qvia virile aliqvid fecit, ſe in ignem præcipitando*, inqvit Servius. *Belî fuit filia, & ſoror Pygmalionis.*

Dido *didi, diditum, didere*, notat *diſtribuere, digerere, dictum videtur, qvaſi divido*, außtheilen / ut: *Albuti ſenis exemplo dum munia didit.* Horat. 2. ſerm. ſat.

b *Cibus in venas diditur.* Lucret. l. 2.

Didome *es*, *f.* διδώμη, *herba, aliàs Cynoſorchis, à ge-*

mina radice nomen habens. Hippocr.

Didóron, δίδωρον, *mensura duorum palmorum*, zweyer quer Hand hoch/breit oder lang Plin. 35. c. 14.

Didrachmum *i*, *n. nummus est, duas drachmas continens.* Bud

Diduco *is, diduxi, diductum, diducere, in diversas partes & loca ducere, sive dirimere, dividere & distingvere*, von einander ziehen oder zerren/ ut: (*Serpens*) *fauces immani diducit hiatu*, sie sperret den Rachen greulich weit auff. Sil. 3.

b *Diducere digitos*, die Finger von einander thun. Cic.

c *Diducere aciem in cornua*, die Schlacht-Ordnung in Flügeln anstellen. Liv. 5. U. C.

d *Assem in centum partes diducere.* Horat.

e *Vestem diduxit ab ore.* Ovid. 3. Met.

Diductus *a um*, *divisus*, ut: *Terra diducta*, h. e. *divisa, apertaq.* Tacit. l. 2.

b *Arva diducta à propinqvis jugis.* Silius.

c *Cornua diducta* (*exercitus.*) Liv. 8. Dec. 3.

Didyma *æ*, *f. Diana à Pindaro cognominata in Pythiis, in illo carmine*, παρθένε χρυσόθρονε δίδυμα, *qvod & Comment. observant. Didyma verò*, (*ut qvidam putant,*) *qvia cum Apolline ex Latona genita* δίδυμα, *gemina appellantur.* For. Rom.

Didymæus *a um*, ut: *Didymæus Apollo dictus est, qvod geminam speciem Numinis præferat, illuminando formandoq. Lunam. Ex uno enim fonte lucis, gemino sidere spacia diei & noctis illustrat: unde & Romani* (*ut inqvit* Macrob. 1. Saturn. 17.) *Solem Didymæi Apollinis appellatione venerantur.*

b *Didymæum templum Apollini dicatum apud Miletum, qvod prius oraculum Brancidarum*, (*ut autor est* Plinius) *appellatum est.* Strab. l. 4.

Didymus, *Latinè geminus*, ein Zwilling.

b *Didymus Alexandrinus, qvi, licet ab ineunte pueritiâ oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat; cumqve propter cæcitatem elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, qva vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit.* Hieronym.

c *Fuit & alter Didymus Alexandrinus, Salsamentarij filius, qvo nemo* (*ut inqvit* Qvint.) *plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti pervenit tempora: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερον, inteſtina area habens, appellatus: nam ad tria millia librorum & qvingentos scripsisse dicitur.* ex Hier. Erasm.

Diecula *æ*, *f. breve tempus & mora, inqvit* Asconius.

Dos *dotis*, *f.* dicitur id, *quod marito datur ab uxore*, Morgengab/ Ehesteuer/ Ehgeld/ Heyraths/ Gut/ ut: *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur: Sed pudicitiam & pudorem & sedatum cupidinem, deûm metum, parentum amorem & cognatûm concordiam*. Amphit. 2, 2, 209.

Argentum accepi, dote imperium vendidi. Asin. 1, 1, 74.

b *Dos numerata*, par Geld zur Morgengab. pro Cecin V.

c *In dotem filia aliquid offerre*, seiner Tochter etwas zur Morgengab anbietē. Curt. 649.

d *Dos est proprium patrimonium mulieris*, (eine Heimsteuer/ Mitgab/ Brautschatz/) *quod propterea marito datur à parente, vel extraneo, ut onera matrimonii sustineat*. l. 3. § 5. ff. de minor. l. 1. & l. 41. ff. de jur. dot.

e *Dos certa est, quæ secundum patrimonium promittentis, & conditionem ejus, cui promissa, accipienda*. Schard.

f *Dos profectitia est, quæ à patre & tanquam à patre, vel ab avo, vel proavo paterno profecta est, scilicet, de bonis ejus, vel facto ejus, pro filia vel nepte ejus*. l. 5. ff. de jur. dot.

g *Dos adventitia est, quæ non proficiscitur à parente, sed aliunde contingit, ut si extraneus dederit patri, ut daret in dotem*. Ulp. Frag. t. 7. §. 1.

h *Dos caduca*, i. e. *confiscata*. l. 38. §. 1 §. de rit. nupt.

i *Dos receptitia, quam, ut restitueretur, dator est stipulatus*. l. 31. §. 2. ff. de mort. caus. donat.

k *Dos vera, quæ justo accedit conjugio*. §. 12 de nupt.

l *Dos putativa, quæ illegitimo accedit*. ibid.

m *Dos significat etiam quicquid alicui datum est, vel à natura, vel ab hominibus*, ut: *Ingenii dotes*, Gemüths-Güter. Ov. *Ad* [illegible] *tro cum*

cæteris natura fortunaq; dotibus eximia corporis pulcritudo. Plin. Epist.

n *Dote verborum locupletare & ornare artem aliquam*, eine Kunst mit herrlichen Worten zieren. Cic. 1. de Orat.

Dosis *is*, *f.* δόσις, *Latinè largitio, datio, est dandi actus.*

b *Dosis, hodie* Medicis est idē ac *portio medicamentorum.*

Doson *onis*, *m.* δώσων, *cognominatus fuit Antigonus Rex, Demetrii nepos, eò quod benignè promitteret omnibus, nec præstaret promissa; hinc proverbialiter Dosones dicuntur*, die viel verheissen / aber wenig halten Erasm.

Dossum *i*, *n. antiqui dicebant* pro *dorsum. hinc*

Dossuarius *a um*, ut: *Dossuaria animalia, quæ dorso aliquid portant*, lastbare Thiere. Varr. 2. de re rust.

DOT. *dotem.*

Dotalis *e*, *c. ad dotem spectans*, das zur Heimsteuer gehört/ ut: *Dotale prædium.* l. 15. ff. de fund. dot.

b *Dotales res esse videntur, quæ ex dotali pecunia emptæ sunt.* l. 54. ff. de jur. dot.

Dotalitium *ii*, *n.* i.e. *donatio propter nuptias, vel paraphernales*, i. e. *ultra dotem data.* Schard.

Dotatus *a um*, ut: *dotata* dicitur *conjux, à quâ ampla dos*

redit ad maritum, ut: *Dummodo morata rectè veniat, dotata est satis*, wenn sie nur wol gezogen ist/ so ist sie reich genug. Aulul. 2, 2, 62.

Quæ indotata est, ea est in potestate viri: Dotatæ mactant & malo & damno viros, arme Weiber sind in ihrer Männer Gewalt: Die Reichen sind den Männern verdrießlich und schädlich. Aul. 3, 5, 60.

b *Fœmina dotatissima formâ*, ein über alle massē schön Weibsbild. Ovid.

Dothien *vid.* furunculus.

Dotion, *Magnesiæ civitas* Plin.

Dotius *campus, Thessaliæ locus est, in quo Athamanum sedes à posteris locatas extitisse ferunt* Hesiod & Strab. l. 9.

Doto *ās, are*, *dotem dare*, begaben/ mit einer Morgengab außsteuren. Sveton.

b *Dotari*, idem ac *circumdari*, ut: *Dotata vitè ulmus* Plin.

c *Olea dotatur lacrymâ.* Plin.

DR. *vel* DRU. *Drusus.*

Drabe *es*, *f.* δράβη, *herba, aliis dicitur nasturtium Orientale, aliis Babylonicum*, Türckischer Kresse. Ruell. 2. c. 89. Matth.

Dracæna *æ*, *f.* δρακαινα, *Draconis fœmina.*

Dracænides, δρακαινίδες, *Draconculi pisces, qui similes sunt graculo pisci* Hermol. in Plin.

Dracánum *i*, *n. promontorium, in quo templum Dianæ est,*

quod de nomine promontorii Dracanū etiā dicitur. Strab. 14.

Drachma *æ*, *f. octava pars uncia* (ein Quintlein/ *qs. quintula, sed minus aptè, cum potius sit quartula, quarta pars Lothonis.*) Stathmic.

b *Drachma non modò pondus denarii Romani, sed etiam nummum significat, eodem pondere percussum ab Atheniensibus.* Plaut. Trin.

Drachmalis *is*, *c.* ut: *Drachmalis usura Græcis dicebatur, quam Latini centesimam appellant. Est enim drachma centesima pars minæ. Sic fit, ut centesima usura æquare fortè dicatur, quia centesimo mense drachma in minam evadit.* Bud. de Asse.

Draco *onis*, *m. genus animalis venenosi*, ein Drach. Sol. 635.

Terribilis specie tortuque Draco. Cic. 2. de divin.

b *Draco marinus, sive Leviathan*, i.e. *balæna, cete.* Glass. Phil. sacr.

c *Dracones dicuntur ex tortuositatum similitudine palmites emeriti, pluribusq; annis indurati.* Plin. 17, 23.

d *Draco quoq; signum militare, vexillum cum effigie Draconis.* Ammian.

e *Draco in Apocalypsi notat Satanam, Diabolum.*

f *Draco alatus, vid.* Basiliscus.

g *Draco volans, est Meteorum ignitum*, der fliegende Drach. Phys.

h *Caput & cauda Draconis*, (in Theoricis,) *motum Lunæ in latitudinem notat. Vide* ibid.

i *Draco Chymicis notat Mercurium*, ut: *Draco mitigatus*, i.e. *Mercurius dulcis.* Schröd.

k *Draco fortificatus*, i.e. *Crystalli nitri.* ibid.

l *Draco sylvestris, herba, vid.* Ptarmica.

m *Sanguis Draconis est lacryma arboris cujusdam instar sanguinis exiccati concreta*, Drachen-Blut. Schröd. *hujus magna copia invenitur in insula Madagascar.* Mandeslo in Itin.

Draconigena *æ*, *f. à Poëtis dicebatur urbs Bœotiæ: quia à Cadmo cum quinq; viris, ex dracone ipso interfecto natis, constructa fuisse fingitur. Dicitur & Theba.* Ovid. 3. Fast.

Draconitis *idis*, *f. sive* Dracontias *æ*, *f. lapis*, (ut scribitur à Plinio & Solino,) *gemma est.* Boet. de Boot.

Draconarius *ii*, *m. qui fert vexillum, in quo Draco depictus est.* Veget. l. 2. c. 7.

Dracontium *ii*, *n.* ut: *Dracontia varicibus similia sunt, magnū verò dolorem, dum paululum moventur, concitant.* Galen.

b *Dracontium herba*, Drachen-Wurtz. Dioscor.

c *Dracontium est genus vitis, quod*

quod vini generositate cum Ammineis conferri possit. Col. 3, 2.

Dracunculus *i*, *m. Diminutiv. parvus draco.*

b *Dracunculus*, autore Gal. *ulcus quoddam dicitur.*

c *Dracunculi sunt vermes subtilissimi, in musculosis partibus, infantum alimentum absumentes*, die Mitteſſer. Sennert.

d *Dracunculus major*, groſſe Drachenwurtz oder Schlangen-Kraut.

e *Dracunculus minor*, kleine Drachenwurtz oder Schlangen-Kraut.

f *Dracunculus esculentus, sive Dracuncellus*, Draconcell.

g *Dracunculus palustris, vel aquaticus*, Waſſer-Schlangen Kraut. Matthiol.

h *Dracunculus, piscis ex concharum genere.* Plin. 32, 11.

Dragma *atis*, *n.* δράγμα, *apud Græcos dicitur, quod nos rapinam aut manipulum dicimus*, h. e. *quantum una manu comprehendere possumus*, eine Hand voll.

Drama *atis*, *n.* δρᾶμα *rei repræsentatio, actus Comœdiarum vel Tragœdiarum fabula, unde*

Dramaticus *a um*, ut: *Dramaticum opus vel poëma, in quo sola persona agunt, absq; poëta interlocutione.* Ter. Roman.

Drapetinda *æ*, *f.* δραπετίνδα, *apud Aristophanem*, das Spiel der Blind-zelmauß. Pollux.

Draucus *i*, *m. alterius libidini obsequens*, idem ac *Cynadus*. Martial.

Drausi *orum*, *pl. m. populi sunt Thraciæ, qui pueros natos deplorant; fato functos magna sepeliunt lætitia.* Herodot. & Solin. 306. 307.

Drepanis, *avis quædam.* Plin. l. 11. c. 47.

Drimarchus *i*, *m. dux fugitivorum, à Chiis ut Deus cultus, hic senex se puero jugulatum dedit.* Athenæus.

Drimo, δριμώ, *una ex Alcyonei gigantis filiabus, quæ cum reliqvis ex Pallenes promontorio in mare se dans præcipitem, ab Amphitrite in avitia gentem est cooptata, ut* Pausanias *tradit.*

Drimyphagia *æ*, *f.* δριμυφαγία *cum ciborum acredines quæruntur, qvibus obturbetur stomachus.* Cæl. 21. c. 9.

Drion, δρίον, *tumulus est in agro Saunio, circa qvem basilica monstrantur: una qvidem Calchantis in summo vertice, cui, petentes oracula, nigrantem immolant arietem, & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirii, in infima montis radice posita.* Strab. 6.

Dromas *adis*, *f. Camelus*, ein Cameel. Liv. 7. bell. Maced.

b *Dromas nomen canis, à*

c *Dromas, piscis apud Aristotelem, dicitur* à Plinio *Dromo.*

Dromedarius *ii*, *m. bestia à cursu vel velocitate*, ein Lauffer/ Laufthier / Dromedarius.

Dromicus *i*, *m. inter athletas dicitur, qvi pedibus diu ac citissime movetur.* Cæl. 13. c. 30.

Dromo *onis*, *m. Dromones dicebantur, qvi præerant navibus ad servandū trajectum maris.* l. 2. C. de off. præf. prætor.

b *Dromones, navigia sunt celerrima, qvasi cursoria*, Jagt-Schiffe. Cassiod. & l. ult. C. de off. præf. præt. Afr.

c *Dromones genus piscium est.* Plin. 32. c. ult.

d *Dromo, servi nomen apud Terentium*, καὶ ἀντίφρασιν ἀπὸ τοῦ δρέμειν, *à currendo, unde Germ.* ein fauler Drämel.

Dromos, δρόμος *cursus; unde Catadromus. vide supra.*

Dropacismus *i*, *m. est applicatio dropacis.*

Dropax *acis*, *m.* δρώπαξ *picatio, est medicamentum emplasticum, cuti fortiter adhærens* Schröd. & Morell.

Drosallis, δροσαλλίς, *vitis species, apud Bithynios.* Cæl. 11. c. 16.

Druidæ, *sive* Dryidæ *arum*, *vel* Druides *druidum*, *dicebantur Gallorum magi.* Cæs. lib. 6. Bell. Gall.

Drungarius *ii*, *m. qvi drungo militum præst.* Veget.

Drungus *i*, *m. globus militum, turma, cohors.* Veget. l. 3.

Drupæ *arum*, *f. Olea sunt non-*

dum edules & tenera, qvo nomine non olearum modò, sed alias qvoq; baccas vocamus. Hermol. in Plin.

Drusilla *æ*, *f. Tiberii Imperatoris mater.* Alex. l. 1. c. 27.

Dryades, *nymphæ sunt*, (inqvit Servius) *qvæ inter arbores habitant*, ut: *Dryades puellæ.* Virg. 1. Georg.

Dryantiades, *dictus est Lycurgus, Thraciæ Rex, à patre Dryante.* Ovid. Stat.

Dryinas, *vel* Dryinos, *animal est pernicioſum, in qvercuum radicibus vivens* Cæl. 7. c. 28.

Dryites, *Gemma est è truncis arborum.* Plin. 37. c. 11.

Drynæmetum *i*, *n.* δρυνέμετον, *Locus in Gallatia, in qvem duodecim tetrarcharum, (qvi sunt viri trecenti,) consilium de sanguine judicaturi conveniebant.* Strab. l. 12.

Dryopetis *is*, *f. Ranunculus calamites (à calamis, in qvibus degit,)* ein Laubfrosch. Schröd. *vid.* Dryophytes.

Dryophonon *i*, *n. herba* Plin. l. 27. c. 9.

Dryophytes, *genus ranarum, qvasi volans per arbores, apud* Plin. 32 c. 7. *in qvo tamen loco correctiora exemplaria legunt, dropetes, i. e. rana ex imbre proveniens*, ein Regen-Frösch lein.

Dryopteris, *filici similis herba, dicitur & filix averna, sive*

Osmunda, Eichfarn Matthiol.

Dryos hyphear, δρυὸς ὕφεαρ, *genus visci est, copiosissimè in quercu nascens, dicitur alias viscum quércinum*, Eichenmistel. Plin. l. 16. c. ult.

Drypetes, δρυπετὲς, *Oliva sunt matura & adulta: ita dicta, quasi ex arbore decidentes.* Cæl. 7. c. 11.

Drypselon, δρύψελον, *cortex arboris, aut radicis detractus, item abusivè folium herba decerptum.*

Drys, δρῦς. *vid.* Quercus.

Dua *pro* duo, *apud veteres.* Cic. in Orat.

Dualis *e, c. quod est duorum*, zweyerley/ ut: *Numerus dualis apud Græcos, cum de duobus agitur.* Grammat. Græc.

Dubenus *i, m. dicebatur antiquis dominus.* Festus.

Dubiat *pro* dubitat, *obsoletum.* Festus.

Dubiè, *Adverb. hæsitanter*, zweifelhafftig. Cic.

Dubiosus *a um, incertus, dubius*, zweiffelhafft/ ungewiß. Gellius.

Dubitabilis *e, c* idem qvod *dubiosus*, ut: *Nec erit dubitabile verum.* Ovid. 13. Metam.

Dubitanter & Dubitatim, *Adverb.* idem ac *dubiè*, mit Zweiffel/ ungewiß/ zweiffelhafftig. Cic.

Dubitatio *onis, f.* est *hæsitatio, dubitatur*, ut: *Prælium dubium.* Zweiffelung/ ut: *Dubitatio-*

nem de Epiro non inconstantia afferebat, sed qvod de fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus. l. 3, 7. Attic.

Dubitatur, *Impersonale*, man zweiffelt/ es ist ungewiß/ oder im Zweiffel. Cic. 4. Verr.

Dubito *as, avi, atum, are*, est *dubium esse*, zweiffeln/ ut: *Dubitare de fide alicujus*, an eines Glauben zweiffeln. Cic.

b *Mihi non est dubium, (non dubito,) qvin mansurus in libertate*, mir zweiffelt nicht/ du werdest in der Freyheit verbleiben lib. 13. Ep 41.

c *Dubitare aliqvid*, est *dubitando considerare*, etwas in Zweiffel stellen/ ut: *Restat, judices, ut hoc dubitemus*, pro S. R. XXVIII.

Si qvod fortè illorum dubitatur. pro S. R. XXXIIX.

d *Dubitare* interdum idem est qvod *vereri*, sich scheuen/ bedencken tragen. Corn. 482, 100.

Non dubito te obsecrare, ich scheue mich nicht/ dich bittlich zu ersuchen. l. 2. ep. 1.

e *Dubitare* pro *cogitare.* Virg. 9. Æn.

Dubius *a um*, est *qvi dubitat*, zweiffelend/ ut: *Facere dubium aliqvâ re animum alicujus*, einen in einer Sache irre machen. Cic. pro leg. Man.

b *Dubius* dicitur, *de qvo*

Res dubia, vide Contra. f.

c *In dubio esse*, zweiffeln/ ut: *Dum in dubio est animus, huc illuc impellitur*, wenn man zweifelt/ kompt man bald auff das/ bald auff ein anders. Terent. Andr. 1, 5, 30.

d *In dubium incertumq; aliqvid revocare*, etwas disputirlich machen. pro Cecin. XXIIX.

e *In dubium venire*, in Gefahr kommen/ ut: *Tua fama & gnata vita in dubium veniet* Adelph. 3, 2, 41.

f *Dubium argentum*, i. e. *pecunia, de cujus pondere vel bonitate dubitari potest.* Plaut. Epid.

g *Lux dubia vel crepera*, i. e. *crepúsculum*, Dämmerung. Sen.

h *Via dubia*, ein ungewisser Weg. Ovid.

i *Rumores dubii*, ungewisses Geschrey oder Gerüchte/ zweiffelhaffte Zeitunge. Plin. ep.

k *Cœna dubia*, i. e. *splendidissima*, *vid.* Cœna *b.*

DUC. DUC. *ducum ductore, vel ductorum ductor.*

Ducatio *onis, f. p. ducatu.* Tert.

Ducator *oris, m.* idem ac *dux* Tertull. & l. 29, §. 4. ff. ad leg. Aqvil.

Ducatus *i, m. moneta aurea, Dicitur vulgò aureus Ungaricus*, ein Ducat. Stathmic

Ducatus *us, m. regio, cui dux dominatur*, ein Hertzogthumb. Svetonius.

Ducena *a, f. ut & centena gra-*

dus dignitatis promotionisve, in schola agentium. l. ult. C. de agent. in reb. l. 3. C. de princip. agent. in reb.

Ducenarius *a um*, ut: *Ducenaria pondera*, h. e. *ducentarum librarum.* Plin. 7. c. 20.

Ducenarius *ii, m. qvi duas centurias*, i. e. *ducentos milites ducebat in acie secunda, qvi & primus hastatus appellabatur.* Veget. 2. c. 8.

b *Ducenarii, qvi ducentis scholaribus præsunt.* l. 3. C. de agent. in reb.

c *Ducenarii judices erant, qvi de levioribus rebus pronunciabant; dicti à censu ducentorum sestertiorum.* Svet. in Cæs.

d *Ducenarii qvoq;, ut alii tradunt, capiuntur pro exactoribus, publicanisve; Ducenaria enim nomè vectigalis est, sicut centesima, qvinqvagesima.* Schard.

Ducentesimus *a um*, der zweyhunderste.

Ducenti *æ a, pl.* zweyhundert/ ut: *Anni ducenti*, zweyhundert Jahr. Plin.

Ducenties, *Adverb.* zwey hundertmal. Cic.

Ducenus *a um*, zweyhundert/ ut: *Ducena qvinqvaginta millia capitum*, zweymal hundert und funfftzig tausend Mann. Liv.

Ducissa *æ, f.* idem ac *principissa sive hæmina*, eine Fürstin/ Hertzog

Duco *is*, *duxi*, *ductum*, *ducere*, dicimur *eum*, *qvi sequitur sponte*, *veluti trahere solemus nolentem*, führen/ut: *Duc me ad eam*, *qvando huc veni*, *ut videam*, führe mich zu ihr/weil ich hieher kommen bin/sie zu sehen. And. 4, 6, 22.

b *Ducere*, idem qvod *regere*, ut: *Omnia Dei ducuntur nutu*, es geschiehet alles durch GOttes Schickung. Merc.

c *Duci* pro *commoveri* & *delectari* freqventer dicitur. Cic. pro Rab. it. IV. Verr.

d *Ducere tempus*, pro *prolongare*, etiam invenias, ut: *Tempus ducitur*, man verweilet sich. in Verr.

Bellum ducetur, der Krieg wird auffgezogen oder erlängert werden. Brut Corn. 213.

e *Ducere animam*, *vitam*, est *vivere*.

f *Ducere* est *computare*, ut: *Ducere fœnus*, den Zinß rechnen. Attic.

g *Duci iracundiâ*, durch Zorn gereitzet werden. Lib. 1, 3. Qv. Fr.

h *Ducere*, idem qvod *judicare*, achten / dafür halten / meynen / ut: *Hanc esse in te sapientiam existimant*, *ut omnia tua in te posita esse ducas*, *humanosq; casus virtute inferiores esse putes*. lib. 1. epist. 6.

Dign⁹ ducitur pœna. Corn. 108.

Nihil ducere aliqvem pro altero, einen gegen den andern nichts achten. Curt. 74.

i *Ducere aliqvid suum*, etwas für das seine halten/ut: *Fortuna*, *qvicqvid prosperè gestum est*, *id penè omne ducit suum*. pro Marcello II.

k *Duci ventre*, est *delectari cibis precios*is, ein Lecker-Maul haben. Hor. 2. Serm. Sat. 7, 8.

l *Duci phaleratis dictis*, i. e. *blando verborum lenocinio irretiri*, durch gute Wort sich verleiten lassen. Phorm. 3, 2, 15.

m *Ducere spiritum*, est *vivere*, Odem holen/ut: *Si spiritum ducit*, *vivit*. 1. de Invent.

n *Ducere uxorem*, ein Weib nehmen / ut: *Emoriar*, *si non hanc uxorem duxerim*, so wahr ich das Leben habe / ich wil sie zum Weibe nehmē. Eun. 5, 2. 49.

o *Ducere senectam*. Virg.

p *Ducere sortem*, pro *statuere*. Virg. l. 9. Æn.

q *Ducere suspiria*, seufftzen. Martial.

r *Ducere thura naribus*, den angezündeten Weyrauch riechen. Horat.

s *Ducere vivos vultus de marmore*, i. e. *exprimere vivos vultus in marmorea effigie*. Virgil. 6. Æn.

t *Ducere pugnum*, i. e. *pugno cædere*, ein Ohrfeige geben. l. 4. ff. de injur.

Ductari⁹ *a um*, *qvo ducimur*, ut: *Ductarius funis*, *qvo in trochleis utimur*. Vitr. 10. c. 2, 3. & 5.

Ductilis *e*, *c*. *qvod facilè ducitur*, *unde as ductile appellatur*, *qvod malleis obsequitur*, *tenuaturqve in lamminas*. Plin. 34. c. 8.

b *Ductile flumen*, ein Fluß/der sich weit außbreitet. Mart.

Ductim, *Adverb. paulatim & cum morâ*, langsam. Plaut. Curc.

b *Major autem operis pars in vineam ductim potiùs*, *qvàm casim facienda est*, i. e. *ductu falcis potius*, *qvàm ictu*. Colum. l. 4. c. 25.

Ductio *onis*, *f.* idem ac *ductus*, Leitung/Führung/ut: *Aqvæ ductio*, Wasserleitung. l. 3. ff. de aqva qvotid.

b *Alvi ductio* i. e. *solutio*. Celf. 4. c. ult.

Ductitius *a um*, *qvod duci potest*, ut: *Ferrum ductitium*, Eisen/das sich breit schmieden lässet. Qvint.

Ductito *as*, *are*, *Freqv. à ducto*.

Ducto *as*, *are*, *Freqvent.* ut: *Dorere*, i. e. *alio svadente & dulcente*, auff eines Anordnung etwas thun. Curt. 823.

Dulis aliqvem ductare, einen mit der Nasen herumb führen. Plaut. Capt.

b *Ductare amicam & mulierem*, pro *scorto potiri*. Plaut. Asin.

c *Cornua ductare nervo*, i. e. *arcum tendere*, den Bogen spannen. Valer. 6. Argon.

Ductor *oris*, *m.* idem ac *dux*.

Ductus *us*, *m. ipsa ductio vel deductio rei alicujus*, Leitung/Führung/ut: *Aqvæ ductus*, i. e. *Deductiones aqvarum*, ein Wassergang. Cic. 2. Off.

Aqvæ ductus tribus generibus fiunt, *aut rivis per canales structiles*, *aut fistulis plumbeis*, *aut tubulis fictilibus* (autore Vitruvio l. 8.) Palladius lib. 7. de re rust. *reddit qvartum genus*, *videlicet canales ligneos*.

b *Literarum ductus*, die Züge der Buchstaben/eine Vorschrifft. Qvint. 10. c. 2.

c *Ductus* Anatomicis *notat canalem*, ein Gang/Röhre/ut: *Ductus aqvosi sive lymphatici*, die Wasseräderlein.

Ductus biliarius, der Gallen-Gang.

Ductus lactei, i. e. *vena lactea*, die Milchadern.

Ductus Thoracicus, *vid.* Chyliferus.

Ductus urinarius, der Harngang.

d *Ductu alicujus aliqvid gerere*, i. e. *alio svadente & dulcente*, auff eines Anordnung etwas thun. Curt. 823.

Ductus *a um*, geführet / geleitet/ut: *Ducta & directa via*. Cic. 2. de N. D.

b *Sorte ductus*, *qvi sorte obtigit*. Tacit.

c *Verbum à verbo ductum*, i. e. *deductum*. Cic. 3. Tusc.

Dudaim. *vid.* Mandragora.

Dudum, *Adverb.* vorlängst/ut *Dixi dudum materiam aliam esse joci*, *aliam severitatis*, ich habe schon [illegible]t / daß ein

anders Schimpff sey / ein anders Ernst. Cic. 2. de Or.

b *Quàmdudum*, h. e. *quam longo tempore*. Ter. Andr.

c *Dudum* pro *antea*. Ter. Eunuch.

Duella *æ*, *f. dua sextula sunt*, h. e. *tertia pars uncia*. Bud.

Duellator *oris*, *m.* pro *bellatore*, ein Kriegsman / Streiter / Kämpffer. Plaut. Capt.

Duellicus *a um*, ut: *Ars duellica*, die Ring- oder Kämpff-Kunst / die Kriegs-Kunst. ib.

Duellona *pro* bellona. Varr.

Duello *as*, *are*, idem ac *bellare*.

Duellum *i*, *n bellum est, in quo à duabus partibus, de victoriâ contendentibus, dimicatur*, ein Krieg / Streit. Festus.

Populus Roman. ex tempore duellum jussit cum Rege Antiocho esse, die Römer haben wider den König Antiochum einen Krieg beschlossen. Liv. 6. bell. Macedon.

b *Duellum*, pro *certamine duorum, quod dicitur bellum singulare*. Schard.

Duicens°, *cum altero census*. Fest.

Duidens, *hostia ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus*. Festus.

Duitas *atis*, *f. dualitas*, Zweyfaltigkeit. l. 242. §. 3. ff. d. V. S.

DUL. *dulcissimus*.

Dulcacidus *a um*, *Vox est Q. Sereno familiaris*, pro eo, quod *habet mistum quendam saporem ex acido & dulci*.

Dulcamara *æ*, *f. sive amara dulcis, herba*, Hinschkraut. Matth.

Dulcè, *Adverb.* süß / ut: *Dulcè sapit*, es schmeckt süß.

b *Historia Græca dulcissimè scripta*, eine Griechische sehr artig und schön-beschriebene Geschicht. Cic.

c *Dulcè ridere*, freundlich lachen. Catul.

Dulcedo *inis*, *f.* Süssigkeit / Liebligkeit / ut: *Dulcedo sacchari*, item *mellis*.

b *Perpotandi pervigilandique insana dulcedo*, gar zu grosse Lust zum Sauffen und Nacht-schwärmen. Curt. 1138.

c *Dulcedo* pro *amore*, ut: *Nescio, quâ natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui*. Ovid. 1. de Ponto.

d *Honoris & pecuniæ dulcedine capi*, Ehr- und Geldgeitzig werden. Mar. Ciceroni.

e *Movet maximâ dulcedine sensum voluptas*. Cic. 2. de F.

Dulceo *es*, *ere*, &

Dulcesco *is*, *ere*, *dulce fieri*, süsse werden / ut: *Prima uva est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit*, Anfangs sind die Trauben herb und sauer / wenn sie aber reiff / werden sie süß. Cic. de senect.

b *Mare dulcescit*. Plin. 3, 18.

Dulciarius *a um*, ut: *Pistor dulciarius, qui panes & mellita concinnat edulia*, ein Lebküchler / Pfefferkuchen-Becker. Lamprid. de Heliogab.

b *Dulciarius panis*, idem quod *panis Martius*. Marcepan.

c *Dulciaria mellita*, Lebkuchen / Pfefferkuchen.

Dulcichinum *i*, *n. herba*, *vid.* Tragus.

Dulciculus *a um*, süßlicht / ein wenig süß. Civ.

Dulcissimus *a um*, *quod dulciter & suaviter fluit*. Sipont.

Dulciloquus *a*, *um*, *dulciter loquens*, Sipont.

Dulcis *e*, *c*, süß / lieblich / ut: *Merum dulce*, süsser Wein. Hor.

Dulcia mella. Claud.

b *Dulcis* pro *charus*, ut: *Dulcissime frater*, mein liebster Bruder. Cic. 3. de leg.

Conjux dulcis. Horat.

c *Fortuna dulcis*, i. e. *prospera*. Horat.

d *Labor dulcis*, eine angenehme Arbeit. Ovid 6. Fest.

e *Puella dulce malum*. Ovid. 2. Amor.

f *Dulce & amarum*, i. e. *lætum & triste, bonum & malum*, ut: *Dulcia atq; amara apud te sum elocutus omnia*, ich habe dir alles gesagt / gutes und böses Plaut. in Pseud.

g *Dulcis inexpertis cultura potentis amici*, gewaltiger Leute Freundschafft dünckt den unerfahrnen eine herrliche Sache zu seyn. Horat.

h *Dulce bellum inexpertis*, di. nicht wissen / wie es im Kriege hergehet / tragen grosses Verlangen nach demselben. Erasm.

i *Dulce merum, dulcis conjunx, mens conscia recti, Quid trib° his junctis dulcius esse potest?*

k *Dulce pomum cum abest custos* Proverb. *quo licebit uti, cum significabimus, impunitate malos ad peccandum provocari. Sic in* proverbiis Hebræorum: *Aqvæ furtivæ dulciores sunt*. Eras.

l *Dulcis radix*, *vid.* Glycyrrhiza.

Dulcisonans *antis*, *n. instrumentũ musicum Italis dicitur Fagotto*.

Dulcisonus *a um*, *suaviter sonans*. Sipont.

Dulciter, *Adverb.* idem ac *dulce*, süß / angenehm / lieblich / ut: *Sensus dulciter & jucundè movetur*. Cic. de Fin.

Dulcitas *atis*, *f.* pro *dulcedine*. Nonius, *antiqvum*.

Dulcitudo *inis*, *f* idem ac *dulcedo*. Cic. 3. de Orat.

Dulco *as*, *are*, *dulce efficere*, süß machen. Sipon.

Dulcoro *as*, *are*, idem qvod *dulcare*, süß machen / absüssen / ut: *Potiones medicinales dulcorantur, addito saccharo vel syrupo convenienti*.

b *Dulcorari dicuntur calcinata sale gravida, dum aqvâ ut plurimùm calidâ, abluuntur, qva abluitione sal inibi contentũ aqva immiscetur*. Schröd.

Dulichium [illegible] Δουλίχιον, *Insula*,

la, ubi mons est Ithacus, in qvo fertur habitasse Ulysses, unde & ipse Dulichius, dicitur. Servius.

Dulichius *a um*, ut: *Dulichias vexasse rates*, h. e. *Ithacenses.* Virg. 6. Æn.

Dulocratia *æ, f.* δουλοκρατία, *servorum dominatus & imperium, sive permissa passim servis licentia, dominos acusandi* Cæl. 7. c. ult.

Dum, *Adverb.* pro *donec*, eleganter ponitur, ut: *Expectare, dum aliqvid fiat*, warten biß daß sich etwas begeben.

b *Dum* pro *modò*, *sive dummodo*, ut: *Dum res maneant, verba fingant arbitratu suo* Cic.

c *Dum interea*, pro *interea dum*, ut: *Dum hæc loqvimur, interea loci ad macellum, ubi venimus, concurrunt lati mi obviam cupedinarii.* Ter. Eunuch.

d *Dum* pro *tunc cum*, ut: *Dum incipis, gravia sunt, dumqve ignores: ubi cognôris, facilia.* Ter. Heavt.

e *Dum* pro *tamdiu vel tantisper dum*, *aut qvandiu*, ut. *Dum hominum genus erit.* Cic.

f *Neq; dum*, pro *& nondum*, ut: *Pertinet autè ad rem, qvam calidissimum esse imum ventrem, neq; dum inflammationem cœpisse.* Cels.

g *Vix dum* pro *vix adhuc*, ut: *Vix dum triginta dies in Syria fuisses.* Cic. ad Cass.

Dumecta, *antiqvi qvasi dumiceta dicebant.* Festus.

Dumetum *i, n. Locus dumis & spinis consitus*, ein Hecken-Wald/Buschholtz. Cic.

b *Cum sit enim campus, in qvo exultare possit oratio, cur jam tantas in angustias, & Stoïcorũ dumeta compellimur?* Cic. 4. Acad.

Dummodo, *Adv.* so allein.

Dumosus *a um, spinosus, vepribus plenus.* Festus.

Avia dumosa, ungewöhnliche / dornichte oder heckigte Wege. Sil. 7.

Dumus *i, m. dicitur omnis spina*, ein Dorn/ Stachel / Dornhecke/ut: *Aspera rura dumis.* Virg. 4. Æn.

Spissi dumi, dicke Hecken. Silius.

Duntaxat, *Adverb.* idem ac *solùm*, allein/ nur. Cic. & Liv.

Duo *æ, o*, zwey/ ut: *Duo si discordia vexet inertes.* Horat.

Duodecies, *Adverb.* zwölffmal. Cic. 4. Verr.

Duodecim *o. indeclin.* zwölffe. C.

Duodeni *æ, a*, je Zwölffe / ut: *Duodena jugera.* Cic. pro Agror.

Duodeni pedes. Liv. 1. ab U. C.

Duodecimus *a um*, der Zwölffte/ut: *Annus duodecimus*, das zwölffte Jahr. Plin.

Duodenus *a um, duodecim digitos longum*, zwölff Zoll lang/ ut:

ut: *Duodenum intestinum, primum ex intestinis tenuibus.* Vesling

Duonum *veteres dixêre* pro *donum*, sicut *duellum* pro *bellum* Festus.

Dupla *æ, f.* pro *duplum, unde dupla cautio: cum emtor stipulabatur à venditore duplum pretium rei, si ea evinceretur, qvod in pretiosarum rerum venditionib⁹ fieri solebat.* l. 48. & l. 56. ff. de evict.

b *Dupla stipulatio*, olim fuit *frequentissima, ad reprimendam venditorum temeritatem.* l. 4. §. 2. ff. de verbor. oblig.

Duplaris *e, c.* zweymal genommen oder bezahlt.

b *Duplares milites*, idem ac *dupliciarii* vel *duplarii.* Veg.

Duplarius *i, m. cui duplex solvitur stipendium*, ein duppel Söldner.

Duplex *icis, o.* est, *cui duæ sunt partes*, zwiefach / ut: *Duplici spe uti*, eine Zwickmühle haben. Phorm. 4, 2, 13.

Duplicatio *onis, f.* Zwiefaltigung/ Doppelmachung.

b *Duplicatio*, est *allegatio, qvæ datur reo ad infirmandam actionis replicationem.* Institut. de replic.

Duplicatò, *Adverb.* zwiefach / duppel/ geparet.

Dupliciarius *ii, m. dupliciarii milites dicti sunt, qvibus ob virtutem duplicia dabantur*

cibaria, vel qvibus duplex dabatur stipendium, Doppelsöldner. Liv. 2. U. C.

Duplicitas *atis, f.* idem ac *duplicatio*, Zwiefach- oder Doppelmachung / ut: *Deus aures duas esse voluit, qvarum duplicitas, incredibile est, qvantam pulcritudinem præ se ferat.* Lactant. c. 8. de opif. Dei.

Dupliciter, *Adverb.* idem ac *duplicatò, sive duobus modis* Cic.

b *Dupliciter* pro *utraq; parte.* l. 2. in fin. ff. de manum. testam. sive, ut Azo pro *utroq; gradu venustè* accepit.

Duplico *as, are*, zwiefach machen / verdoppeln/ut: *Duplicare numerum.* Cic. 1. de n. d.

b *Duplicare*, pro *augere*, ut: *Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.* Virg. 2. Georg.

Exercitum duplicare, das Kriegsheer verstärcken. Cic.

b *Iterata & duplicata verba.* Cic. in Partit.

Duplio *onis, f.* verbum 12. tabularum, *qvo duplex vel pecunia, vel capitis multa injungitur alicui.* Schard.

b *Duplionem* antiqvi dicebant, *qvod nos duplum.* Fest.

Duplo *as, are*, idem ac *duplicare*, ut: *In hac actione extra rem, duplum est, id enim qvod datum est, duplatur.* l. 14. §. 5. ff. de serv. corrupt.

Duplum *i, n. bis tantum*, zwiefach/ doppelt so viel/ut: *Ma-*

jores nostri sic habuere, & ita legibus posuêre, furē dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, i.e. *ut bis tantum reddat, quantum furatus est.* Cato de re rust.

b *Duplum stipulari*, h. e. *ut precium emtori in duplo reddatur, si res evicta fuerit.* l. 72. ff. de contrah emtion.

c *Duplo major*, zwey mal gröſſer. Plin. 11. c. 16.

Duplus *a um*, zwiefach / dupelt / ut: *Dupla pars.* Cic. de Univerſ.

b *Duplo & triplo intervallo dissares septem orbes moventur.* ibid.

Dupondium *ii*, *n. vid.* Dipondium.

Dupondius *vid.* Dipondius.

Durabilis *e*, *c. qvod diu durat*, dauerhafftig / das lang währet / ut: *Qvod caret alternâ requie, durabile non est*, was keine Ruh hat / oder was ohne unterlaß gebraucht wird / kan nicht lang dauren. Plin. l. 16. c. 43.

Duracinus *a um*, ut: *Duracina uva*, (*qva firmum & durum habent corticem,*) dick-hülſichte oder häutigte Weintrauben. Plin. 14. c. 1.

b *Duracina persica* dicuntur, qvorum *corpus ligno adhæret, avelliq; nequit.* Plin. 15, 12.

Duramen *inis*, & duramentum *i*, *n. firmitas*, Währhafftigkeit / Dauerhafftigkeit / Stärcke / ut: *Tenera sunt virtutum principia, qvibus vita tempore duramentum & robur accedit.* Senec.

b *Duramentum vitis*, die Weinreben / ſo unten nechſt dem Stock gewachſen. Colum.

Durateus *a um*, idem qvod *ligneus.* Lucret.

Duratrix *icis*, langwierig / ut: *Firmitas duratrix.* Plin. 14, 1.

Duratus *a um*, gehärtet / dauerhafftig gemacht / ut: *Danubius glacie duratus*, die zugefrorne Donau. Plin. in Paneg.

b *Bellis durati*, alte verſuchte Soldaten. Liv. 8. bell. Maced.

Duratus malis, laboribus, usu armorum. Liv. 7. U. C.

c *Mens durata malis*, einer / der des Unglücks gewohnet. Lucil. l. 5.

d *Hasta igne durata*, am Feuer gebähete od gerõſtete Piqven. Curt. 153.

e *Pisces sole durati*, an der Sonnen getreugte oder gedörrete Fiſch. Curt. 2218.

Durè *ſive* duriter, *Adverb.* idem qvod *immisericorditer*, ut: *Factum à vobis duriter immisericorditerq;*, ihr habt grauſam und unbarmhertziglich gehandelt. Adelph. 4, 5, 29.

b *Durius proferre aliqvid, qvàm factum est*, etwas ärger machen / als es iſt. l. 11. c. 27.

c *Duriter ac parcè vitam agere*, ein karges und müheſeliges Leben führen. Ter.

Dureſco *is*, *durui*, *dureſcere*, *durum fieri*, verhärten / hart werden / ut: *Limus dureſcit igni*, vermittelſt des Feuers wird der Leimen hart. Virg.

b *Aqvilonibus reliqvisq; adjectis frigoribus dureſcit humor*, wenn es recht kalt iſt / gefrieret das Waſſer. Cic. 2. de Natura deorum.

c *Situ dureſcit campus*, wenn das Feld nicht fort in der Arbeit gehalten wird / wird es ungeſchlacht. Virg. 1. Eclog.

Duricordium *ii*, *n.* pro *duritie cordis.* Tertul.

Duricorius *a um*, *durum habens corticem*, ut: *Ficus duricoria.* Plin. 15. c. 17.

Duritas *atis*, *f.* idem ac *duritia.* Cic. in Orat.

Duriter *vid.* Durè.

Duritia *æ*, *f. vel* Durities *ei*, *f.* *Firmitas*, *soliditas*, Härte / ut: *Tanta duritia aculeo est.* Plin. 9. c. 36.

Saxi durities. Lucr. l. 4.

In duritiem lapideſcere, ſteinhart werden.

Superare ferrum duritia. Ovid.

b *Duritia* idem ac *asperitas*, *avaritia*, ut: *Alcibiadem apud Lacedæmonios, qvorum moribus summa virtus in patientiâ ponebatur, sic duritia se dediſſe (ſcribunt,) ut parſimoniâ victus atq; cultus omnes Lacedæmonios vinceret.* Corn. 233.

Fortitudinem imitatur audacia, & patientiam immanis duritia. Ter.

Duriuſculus *a um*, etwas hart / härtlicht. Plin.

Duro *as*, *are*, eſt *durum & firmum facere*, ut: *Durare animum*, eſt *obſirmare.* Ovid.

Durare lignũ igne, das Holtz am Feuer harten oder bähen. Curt. 144. 153.

b *Durare* eſt *tolerare*, *patienter ferre*, ut: - - *Patiar qvemvis durare laborem*, ich wil alles leiden. 8. Æn.

c *Durare* eſt *perſeverare*, außdauren / ut: *Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.* Virg.

Durare neqveo in ædibus, ich kan im Hauſe nicht bleiben. Amphitr. 3, 2, 1.

d *Durare* eſt *permanere*, wären / ut: *In longas durare moras*, lang wären. Ovid.

Catera, in qvibus nihil præter famam durat, andere alte Sachen / davon nichts mehr vorhanden / als was man nur ſagt. Curt. 194.

Durus *a um*, idem qvod *ſolidus, firmus*, hart / ut: *Ferro durior*, härter denn Eiſen. Propertius.

b *Durus*, idem qvod *immitis, immiſericors*, unbarmhertzig /

hertzig/ut: *Homo vehemens atque durus.* pro Cæl.

c *Durus*, idem qvod *inimicus*, ungeneigt/ut: *Durionem esse ad studia*, dem Studiren nicht sehr geneiget seyn. pro Arch. VII.

d *Imperium durum exercere*, grausam regieren od herrschen. Virgil.

e *Lex dura* est, qvæ *non facile fertur, immitis, & severa est*, ein scharffes Gesetz. Plaut.

f *Mors dura*, ein schwerer Tod. Horat.

g *Os durum*, i. e. *impudens*, ein unverschämbter Mensch. Ovidius.

h *Sorores duræ*, i.e. *Parcæ*. Silius.

i *Dura vita*, i. e. *ingrata & molestiis atq; ærumnis opleta*, ein müheseliges Leben. Terent.

k *Dura mater*, dicitur *qvadam membrana cerebri, & qvidem exterior*. Vesl.

Dusoritis, *Myrrhæ species*. Plin. l. 12. c. 16.

Dusii, *Gallis Dæmones qvidam dicuntur*, Augustino teste, *qvi improbi sæpe exiterint mulieribus, earumq; appetiverint, ac peregerint concubitus, Sylvanorum Faunorumq; illorum more, qvos incubos vocant*. Cæl. 2. c. 6.

Dutroa *æ*, *f. vel dutrium*, *datula, aut datuna, semen qvoddam* dicitur, qvo *propinato uxores lasciva in oppido Asiæ Goa plerunq; maritorum obtundere solent sensus, ita, ut præsente mariso securè adulteria perpetrent*. Mandesło in Itinerar.

Duumviralis, *e*, *c*. qvod *ad duumviratum pertinet*.

b *Duumvirales* appellantur, qvi *duumviratu functi sunt*. l. 1. ff. de alb. scrib.

Duumviratus *us*, *m*. *ipsa duumvirorum dignitas*. l. 1. ff. de alb. scrib. & l. 1. C. de tempor. appell.

Duumvir *i*, *m*. *Duumviri magistratus erant Romæ, qvi qvæstionibus, & rebus capitalibus ac carceribus præerant, qvamobrem & capitales dicebantur*, Blut-Richter/oder die über das Halßgericht bestellet waren. Fenestella.

b *Duumviri, magistratus municipales* appellabantur, *qvod duo essent*. l. 6. §. 1. ff. qvod cujus. univers. nom.

c *Duumviri* etiam dicebantur ii, qvos *populus creavit, nec ante obitum mutare decebat, ab omniqve urbano munere & belli curâ immunes erant, sacras ædes dedicabant, & observationes expiationesve, ad placandas avertendasq; deorum iras, tum alia qvædam procurabant*. Alex. l. 3. c. 16.

d *Duumviri navales* erant, qvibus *navalium Pop. Roman. qvoties instrui classem, & refici oportebat, utq; navalibus sociis implerentur, commeatuq; & armamentis instruerentur, negotium dabatur: nec non aqvæductuum derivandarumqve aqvarum, coloniæqve deducendæ qvi curam agerent*. Spieg.

Dux *ducis*, *c. qvi ducit*, ein Führer/ut: *Armenti dux*. Ovid.

Gregis dux, i. e. *taurus*. Ovidius

b *Dux*, idem ac *præfectus vel antesignanus*, ein Oberster/ut: *Agminis dux*. Curt. 287.

Militaris sine duce turba, ein Kriegsheer ohne Häupt/oder Obersten. Curt. 2322.

Autor dux & Princeps. Cic. 3. Orat.

Duce aliqvo uti, einen Führer oder Obersten haben.

Deligere aliqvem ducem copiarum, einen zum Obersten erwehlen od auffwerffen. Curt. 49.

c *Dux terra mariq;*, ein Oberster zu Wasser und Land. Corn. 113.

d *Dux* pro *Principe*, ein Fürst/e. gr. *Serenissimi Duces Saxoniæ*.

e *Studii sui qværere aliqvem ducem*, sich nach einem Lehrmeister umbthun. Cic. pro Leg.

f *Superûm dux*, i. e. *Jupiter*. Stat. 4. Sylv.

g *Rationem habere ducem, non superstitionem*, der Vernunfft und nicht dem Aberglauben nachgehen. Cic. 2. de Divin.

h *Scelerum duces*, i. e. *nequissimi*.

Fœmina dux malorum & scelerum artifex, i. e. *pessima*, eine leichtfertige lose Metze. Senec.

i *Fœmina dux est, fœmina aqvè miles est*, Proverb. Dicitur de iis, qvibus *ignavis negotium totum est commissum, cumqve & ii, qvi præsunt, & ii, qvi parent, pariter sunt formidulosi*. Erasm. Chil. 2. Cent. 5. pr. 81.

Tanti dux fœmina facti. Virgil.

k *Neq; cæcum ducem, neq; amentem consultorem*, sc. *adhibeas*, i. e. *disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis*, gehe für die rechte Schmieden. Eras. Chil. 3. c. 3. pr. 78.

l *Bonus dux bonum facit comitem*, idem ac, *qvalis Rex, talis grex*, Prov. wie das Häupt ist/so sind auch die Glieder. Erasm.

Dyas, *δυὰς*, *numerus est binarius*, zwey.

b *Dyas Musica est, qvæ ex duobus sonis crassitudine diversis conflatur, estq; vel dissona vel consona*.

c *Dyas dissona est, qvæ componitur ex duobus sonis dissonantibus, ceu sunt, tonus major, semitonium [illegible], septima major*.

e *Dyas consona radicalis est intervallum simplex, proportione simplici, eáque conveniente constans, cujus toni extremi coëunt promptè simulq; auditui suaviter*, c. gr. *Octava, quinta, quarta, &c.*

f *Dyas radicata est, quæ ex simplici oritur, hujusmodi sunt duplex octava, octava cum quinta, &c.* Music. Margarit, Philosoph.

Dyasar *sive* dyasares, δυάσαρ *deus, quem Arabes summum habent, & maximũ venerantur.* Alex. Genial. 6. c. 4.

Dymæ, *Civitas una est ex decem Achaici conventus, quarum suffragiis quæstor unus eligebatur* Alex l. 3. c. 28.

Dyme, δύμη, *Colonia in Achaja.* Plin. 4. c. 5. & Strabo l. 8.

Dymon, δύμων, *unus ex diis Laribus, quos simulatq; in lucem editus fuisset homo, illius pervigilem curam agere opinantur Ægyptii, quatuorq; fuisse putant, quorum nomina sunt: Dymon, Tychis, Eros & Anachis.* Alex. 6. c. 4.

Dynamene es, *f.* δυναμένη, *Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ita dicta, quod in mari plurimum polleat.* Hesiod. in Theogon.

Dynasta *vel* Dynastes æ, *m.* δυνάστης, dicitur *quilibet magistratus, qui potestate fungitur in civitate, vel* [illegible], *qui est*

in imperio, optimas, primas, præfectus, ut: *Idem si cæteri Reges, tetrarchæ, dynastæq; fecissent.* Cic. 11. Philipp.

Dynastia æ, *f. dynastæ dignitas,* Herrschafft.

Dynos, δύνος, *Vasis vinarii genus quoddam, quo Dionysius libasse aliquando fertur.* Alex. lib. 3. c. 10

Dyota æ, *f. Vinarium vas, duas habens ansas, à* δύω, *duo & ἓς ὠτὸς auris,* ein Gefäß/das zwey ohr oder Handhaben hat. Horat. l. 1. Carm. Od 9. 2.

-- -- *Atqve benignius*
Deprome quadrimum
Sabina,
Thaliarcha merum
dyota.

b *Dyota est vas circulatorium, cujus inferior pars est in modum cucurbitæ, cui impositus est alembicus in summo canalem, qui liquori infundendo inserviat, habens, in loco autẽ conveniente duobus rostris incurvatis, & in cucurbitam à capitello humorem condensatum devehentibus, præditum.*

Dyris, *mons* idem ac *Atlas.* Strabo l. 17.

Dyrrachium ii, *n. Macedoniæ nobilis civitas & portus.* Pompon. Mela.

b *Dyrrachium sibi delegit exilio Cicero, ut scribit* l. 14. Epist. 1. & 3.

Dyr-

Dyrrachinus i, *m. incola Dyrrachii.* Cic. 3. ep. 64.

Dysbulia æ, *f.* δυσβυλία, *consultatio prava, quam Atheniensium veluti propriam Aristophanes, cæteriq; Comici celebrant, proinde etiam* Eupolis: Ὦ πόλις, ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς, *quibus innuit, esse quidem Athenienses felices, verum non sapere multum, vel dispicere.* Cæl. l. 18 cap. 25.

Dyscheria æ, *f.* δυχέρεια, *molestia, facultas.*

b *Dyscheriæ*, dicuntur *argutationes, & antilogiæ, negotium differentibus exhibentes.* Aristot. l. 3. 10. & 12. Metaph.

Dyschrestia æ, *f.* δυχρηστία, *non modò usus intractabilitatem, aut in usu atq; tractatione offensionem significat, sed etiam versuræ faciendæ molestiam & difficultatem.* Bud.

Discœlius, δυσκοίλιος vocatur, *qui malâ affectus est alvo, qui difficilioris est alvi,* hartleibig. *Contrarium eius est* εὐκοίλιος.

Dyscolus, *difficilis, pravus,* voce hac Latinus interpres utitur 2. Petr. 2. v. 8. pro eo, *qui in Græco dicitur* σκολιὸς, *quique* opponitur τῷ ἐπιεικεῖ, *æquo ac miti.* Martin.

Dysderi, δύσδηρι, *Genus* est *phalangii,* apud Nicandrum, dictum, ut videtur, *quod noxium sit contendenti ac irritanti.* Cæl. 21. c. 23.

Dysenteria æ, *f.* δυσεντερία, est *intestinorum morbus,* quem describunt Medici, quod sit *alvi frequens, cruenta & purulenta, cum dolore ventris, & intestinorum exulceratione, à materia acri, erodente & peculiariter intestinis infesta, dejectio,* die rothe Ruhr. Sennert. & Jonston.

Dysentericus *a um, ad dysenteriam spectans,* ut: *Affectus dysentericus.*

Dysentericus i, *dysenteriâ laborans,* der an der rothen Ruhr kranck ist/ ut: *Prodest dysentericis beta sylvestris.* Plin. l. 20. c. 8.

Dysopia æ, *f.* δυσωπία, *vitiosus pudor, immodica verecundia, vehemens oris confusio:* dicitur *etiam difficultas aliquid certo comprehendendi, occurrente semper addubitatione, ut evenit in rebus divinis.* Bud.

Dysparacolutheton i, *n.* δυσπαρακολούθετον, *obscurum, quod facilè quis assequi nequit* Fabius *ponit inter genera causarum.*

Dyspathia æ, *f.* δυσπάθεια, *doloris impatientia, interpretatur, quæ prudentes dedecet, & ab apathia diversa est.* Cæl. l. 24. c. 2.

Dyspepsia æ, *f.* δυσπεψία, διαφθορὰ est corruptio ciborum,

&

& *in alienam qualitatem ex fruſtratione facultatis concoctricis ventriculi mutatio.* Jonſton.

Dyſphilus *i*, *m* δύσφιλος, *amicus parùm ſincerus.* Juvenal.

Dyſphemia *æ*, *f.* δυσφημία, *infamia, maledicentia.* Sveton. in Auguſt.

Dyſphoricus *i*, i. e. *infelix*, ut: *In fine dyſphorici ac miſeri infeliciter moriuntur.* Firmic. l. 8. c. 12. Cæl. 10. c. ult.

Dyſpnœa *æ*, *f.* δύσπνοια *difficultas reſpirationis*, ſchwerer Athem. Plin 23. c. 1. Celſ. 4. c. 4.

Dyſpnoicus, δυσπνοϊκὸς, *dyſpnœa laborans*, der mit ſchwerem Athem beladen iſt/ut: *Ammoniacũ gummi prodeſt dyſpnoïcis.* Plin. 24. c. 6.

Dysrhigi, δύσριγοι vocantur, qvi

inalgeſcunt perpetuò: veteres Rhigoſibios appellabant. Cæl. l. 4. c. 23.

Dyſtocia *æ*, *f.* δυστοκία, *pariendi moleſtia & difficultas, vel parientis ratione, vel infantis, vel τῶ χωρίς craſſi nimis aut prætenuis.* Cæl. 4. c. 23.

Dyſtrapeli, δυστράπελοι vocantur, *qvi in via vel affectione aliqva immobiles perſeverant, nec ullâ vi ab inſtitutò revelli poſſunt.* Cæl. 19. c. 12.

Dyſuria *æ*, *f.* δυσουρία, *eſt urinæ reddendæ difficultas*, vel *urinæ ardentis, interdum paucæ, interdum copioſæ, cum cruciatu, ſine interruptione redditio*, der kalte Harn / kalte Piſſe. Jonſton.

Dyſuriacus, *dyſuriâ laborans.* Firmic. l. 4. c. 8.

H-86816